

Constat 19 a ff.

LAMBERTI BOS

OBSERVATIONES MISCELLANEÆ

AD

LOCA QUÆDAM CUM NOVI FOEDERIS, TUM EXTERORUM SCRIPTORUM GRÆCORUM.

Accedit

HORATII VITRINGA C. F.

ANIMADVERSIONUM

AD

JOHANNIS VORSTII

PHILOLOGIAM SACRAM

SPECIMEN.

EDITIO ALTERA.







LEOVARDIÆ,
Excudit TOBIAS VAN DESSEL, Bibliopola
Illuſtriumque Friſiæ Ord. Typographus 1731.

CELEBERRIMO ERUDITISSIMOQUE

V I R O,

CAMPEGIO VITRINGA,

THEOLOGIÆ ET HISTORIÆ SACRÆ IN ACADEMIA FRANEQUERANA PROFESSORI CLARISSIMO, COGNATO SUO PLURIMUM REVERENDO, SUSPICIENDO,

S. P. D.

LAMBERTUS BOS.



SI qua pietas apud aliquem, Vir Cleberrime & plurimum venerande Cognate, ea certe apud me est

& esse debet erga Te: multos enim annos pluribus nominibus maximopere Tibi devinctus sum atque obligatus: quippe qui ab ineunte adolescentia prolixam Tuam in me expertus sum benevolentiam, qua me propinquitatis vinculo Tibi junctum complexus es, maxime postquam ad Academica spatia progressus fui, quando prudentissimis ac saluberrimis Tuis consiliis, pro quibus gratias immortales Tibi debeo, in studiorum meorum cursu mihi nullo unquam tempore defuisti. Nec solum in disciplinam Tuam, qua mihi dabatur quotidie ab ore Tuo pendere, atque ita proficere in rerum divinarum sacrorumque monumentorum cognitione, me admisisti; verum etiam adi-

aditum ad bibliothecam Tuam mihi concessisti, & si quando aliqua in re hærebam, ad Te me semper summa cum humanitate accedere passus es, ut scrupulos mihi eximeres. Tua deinde commendatio quantum mihi profuerit apud Illustres Patriæ nostræ Proceres, expertus sum, quum ab Illis ad publicum munus docendi Literas Græcas in hac Academia promoverer, atque ita Tecum etiam honorum cognatione conjungerer.

Ut igitur extaret aliquod grati animi, observantiæ pietatisque meæ erga Te documentum, in præsenti hasce meas *Observationes Miscellaneas* Nomini Tuo inscribendas consecrandasque putavi, sperans futurum, ut placide ac benigne pro ea

qua es humanitate illas accipias. Perſuaſum enim habeo, Te, gravioribus licet ſtudiis devotum, non tamen hæc leviora ſpernere; ſed Muſarum etiam Græcarum, ut omnis Philologiæ cultorem eſſe maximum: id quod affatim teſtantur inſignia Tua Eruditionis & ingenii monumenta, quibus Eccleſiam Chriſti & Orbem Literatum devincis æternum. agnoſcis enim, Philologicum ſtudium vinculo quodam eſſe colligatum cum Theologico, & quaſi ſociatum. neque Te fugit, barbariem magnam, magnas tenebras occupaviſſe Eccleſiam olim quum humanitatis ſtudia negligerentur. Ea vero poſteaquam cœpta ſunt excoli, diſpulſa barbarie diſcuſſisque tenebris, quan-

ta lux affulſit Eccleſiæ, quanta claritas Euangelio! Incredibile quantum in cognitione profecerit Eccleſia hiſce proximis temporibus, immo quantum hac noſtra ætate indies proficiat ſtudio & labore Virorum tum Pietate tum Eruditione Celebrium, quos inter magnum Tu conſequutus es nomen. Tu enim es is, à quo veræ pietatis erga Deum Virtutiſque exempla petuntur. Tu is, qui veræ Doctrinæ Euangelii clariſſimum lumen Eccleſiæ præfers, eumque in finem invictum Temet ab omni labore præſtas, quum Auditorum Tuorum coronæ modo Divinorum Oraculorum myſteria pandis, modo Hiſtoriam qua geſtæ in Eccleſia res, ejuſdemque fata conti-

nentur, explanas: modo alia quæ Sacrum contingunt ſtudium, quæque ad conſummandum Theologum faciunt, enucleas, idque ea dicendi dote docendique facilitate, ut Illos, qui Te audiunt, in ſummam Tui venerationem rapias. ex quo fit, ut vel remotiſſimis è locis multi celebritate Nominis Tui exciti huc confluere ad Te audiendum conſueverint, etiam difficillimo hoc tempore belli, Muſis ceteroquin inimico. Neque vero ſatis id habes: Literis inſuper, & præclaris Eruditionis ac Sapientiæ monumentis rem Chriſtanam & literariam inſigniter promoves, auges & ornas, Eccleſiamque Chriſti egregie exædificas ſuperſtruendo lapides

des pretiosos, argentum, aurum, opus igne nunquam periturum, sed omni mansurum tempore.

Vides, Reverende Cognate, opusculo meo subjectum quoque Specimen Lucubrationum Doctissimi Juvenis Filii Tui, τοῦ Μακαρίτυ, cujus morte gravissimum accepisti vulnus, quem doles etiamnum, dolemus & nos, & omnis Musarum Chorus, nec immerito: Si enim vitam longiorem ipsi suppeditasset Deus, insignis Tui corona fuisset, Familiæ honor, nostrum & omnium, qui ejus dotes perspexerunt, gaudium atque lætitia, rei literariæ decus, Patriæ ornamentum. Fuerunt enim revera in eo dotes ingenii excellentes, quæ summum spondebant vi-

rum, veramque Tui effigiem significabant. Utinam ipse vivus Tibi obtulisset integrum ingenii sui fœtum, cujus partem exiguam tantum nunc ego Tibi offero in Nominis ejus memoriam honorificam! Sed fata id non siverunt. Deum O. M. supplex & ex animo veneror, ut quo ocyus illum Tibi dilectum Filium ad se cœlos vocaverit, eo serius Te omnibus dilectum Virum eundem in locum transponat, & incolumem heic diutissime superesse sinat Ecclesiæ suæ atque Academiæ nostræ columen, Domumque Tuam pluribus bonis accumulare velit. Dabam Franequeræ A. D. X. Kal. Octob. Anni Christiani CIↃ IↃ CCVI.

LECTORI BENEVOLO
S. P. D.
LAMBERTUS BOS.

V*Eritus fuissem B. L., hoc tempore exiguas hasce Observationes meas oculis atque judicio tuo exponere, nisi mihi animum aliquem ad illud audendum & calcar addidissent quorundam hominum Doctorum judicia, qui de prioribus meis in Novum Foedus Exercitationibus benignius judicarunt. Natæ mihi fuere, postquam priores edideram, aliæ quædam Observatiunculæ, sed non adeo multæ, (quam enim difficile sit dicere quod non dictum sit prius, & observare quod non observatum ab aliis sit in ea Eruditionis luce, in qua hodie versamur, scriptorumque affluentia, experiuntur omnes qui rei literariæ sese dedunt:) quas nunc tibi exhibeo. In hisce iterum loca quædam Novi Fœderis aut nova luce collustrare, aut nova distinctione juvare, aut verborum vim verasque eorum metaphoras ostendere conor. Sed quia numero paucæ erant, nec solæ dignæ videbantur quæ lucem adspicerent, simul ut rerum varietas te magis delecta-*

lectaret, illis immiscere & interspergere volui alia quædam ad Scriptores exteros observata, quæ potissimum versantur in emendandis textibus Græcis versionibusque Latinis, ut & in phrasibus sententiisve illustrandis. At mirabere forsan, Erudite Lector, quod pauca adeo ad tam multos Auctores Græcos habeam animadversa, & dices, ad unum oportuisse tot proferri, quot hic ad plures. Scire te velim, primum non fuisse mihi animum, à capite ad calcem omnes illos Auctores Græcos eorumque versiones exigere atque examinare; sed tantummodo paucula quædam ex iis, quæ ante aliquot annos adnotaveram ad Auctores quos evolvi, delibare. Deinde sic habeto, me prorsus alienum esse ab audacibus nimis crisibus & conjecturis incertis. ex quo factum est, ut maximam earum partem supprimere maluerim, quam conjecturas non satis certas, & lectiones novas parum solide fundatas tibi obtrudere. Hæc sunt Benevole Lector, quæ paucis monere te volui. Vale, & labore nostro, si videbitur, fruere, eumque boni consule. Scripsi Franequeræ A. D. X. *Kal. Octob. Anni* CIↃ IↃ CCVI.

LAM-

LAMBERTI BOS
OBSERVATIONUM CRITICARUM
LIBER SINGULARIS.

CAPUT. I.

Examinantur verba Pauli 1 *Cor.* 1: 30. Εἶναι δικαιοσύνην &c. *de credentibus: Abstracta pro Concretis.* ἐν Χριστῷ *idem quod* διὰ Χριστοῦ. *Usus & locus voculæ* τε, *in connexionibus plurium ostenditur.*

IN priore Pauli Apostoli ad Corinthios Epistola cap. 1. versu 30. insignia hæc occurrunt verba: Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Quæ construere & exponere solent Interpretes quos vidi, hoc modo: *Ex eo autem vos estis in Christo Jesu*, h. e. uniti & conjuncti cum Christo Jesu, *qui factus est nobis à Deo sapientia, justitia & sanctificatio & redemptio*, h. e. auctor & caussa omnis sapientiæ, sanctificationis & redemtionis nostræ, ita ut conjungantur quatuor illa, σοφία, δικαιοσύνη, ἁγιασμὸς & ἀπολύτρωσις, ac simul prædicentur de Chri-

sto Jesu. Ego vero, salvo Doctorum Virorum judicio, vehementer dubitem, an hæc fuerit mens Apostoli, & an non potius docere voluerit, credentes ex Corinthiis esse justificatos, sanctificatos atque redemtos per Christum Jesum, qui Paulo aliisque factus fuerat sapientia à Deo. Putem igitur, tria illa δικαιοσύνη, ἁγιασμὸς & ἀπολύτρωσις, in constructione pertinere ad prius verbum ἐστε, & prædicari de credentibus Corinthiis, solum vero vocabulum σοφία, pertinere ad posterius verbum ἐγενήθη, & prædicari de Christo, hoc modo: Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. id est: *Ex eo* (Deo Patre) *autem vos estis justitia & sanctificatio & redemtio per Christum Jesum, qui factus est nobis sapientia à Deo.* Eleganter Apostolus ἐστε δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις dixit, pro ἐδικαιώθητε, καὶ ἡγιάσθητε, καὶ ἀπελυτρώθητε, ponendo sc. *abstracta* pro *concretis*, id quod perquam familiare ipsi est. sic passim περιτομὴ in Epistolis ejus occurrit pro περιτετμημένοις, *circumcisis Judæis*, & ἀκροβυστία pro *Gentilibus* ἀκροβυστίαν ἔχουσι. σκότος, pro ἐσκοτισμένοις, *obtenebratis*, & contra φῶς pro πεφωτισμένοις, *illuminatis*. Ex. Gr. *Rom.* III. 30. ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. & cap. IV. 9. Ο᾽ μακαρισμὸς

ὑμᾶς ἔχει οὗτος, ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; & in Ep. ad *Philipp.* III. 3. Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν ἡ περιτομή. ad *Ephes.* V. 8. Ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. & passim alibi. Quin immo ipsa vox δικαιοσύνη pro *justificatis* est in II. ad *Corinth.* cap. V. 21. - - ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ, *ut nos essemus justitia Dei.* i. e. justificati à Deo. plane ut hic, ὑμεῖς ἐστε δικαιοσύνη &c. Conferamus jam cum hoc loco cap. VI. hujus Epistolæ prioris, vers. 21. ubi quod hîc per *abstracta* dixerat, *concretis* expressit: Καὶ ταῦτα, inquit, τινὲς ἦτε· ἀλλὰ ἀπελούσασθε, ἀλλὰ ἡγιάσθητε, ἀλλ' ἐδικαιώθητε ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ ἐν τῷ πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. - -

Sequitur in constructione, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, quæ verba reddenda non sunt, *in Christo Jesu*; sed, *per Christum Jesum.* nam præpositio ἐν hîc est pro διά, ut passim in N. T. id quòd exemplis probari opus non est. Unicum duntaxat proferam, quo hic locus iterum illustrari potest, nimirum II Cor. V. 18. & seqq. Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. - - Ὡς ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ τὸν κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. - - τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη Θεοῦ ἐν αὐτῷ. ubi modo habet, διὰ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, modo ἐν Χριστῷ.

Reſtant denique heic illa verba, ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ. quæ ſola de Chriſto prædicari exiſtimo, uti jam ſupra monui, eorumque ſenſum eſſe: *qui Chriſtus Jeſus nobis Apoſtolis à Deo per Spiritum revelatus, ſapientes nos reddidit.* Apoſtolis enim ſuis hoc myſterium ſapientiæ, quod multis retro ſeculis tectum & abſconditum fuerat, revelavit Deus, voluitque ut id per orbem terrarum prædicarent, & gentibus notum facerent. Sic cap. II. verſ. 7--10. Ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ ἐν μυστηρίῳ, τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν προώρισεν ὁ Θεὸς πρὸ τῶν αἰώνων εἰς δόξαν ἡμῶν. - - Ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. Et ad *Epheſ.* III. 3---5. Ὅτι κατὰ ἀποκάλυψιν ἐγνώρισέ μοι τὸ μυστήριον, - - Ὃ ἐν ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ καὶ προφήταις ἐν πνεύματι. Vide etiam *Coloſſ.* I. 26. Atque ita hic Paulum Apoſtolum ſe ipſum alioſque Apoſtolos intelligere, ſuadere videtur perſonæ mutatio; nam cum paullo ante in perſona ſecunda dixerat, ὑμεῖς ἐστε, nunc in prima dicit, ἡμῖν.

Ceterum conſtruenda eſſe hæc verba, ut dixi, adſtrui etiam poteſt ex vocula τε, quæ ponitur poſt δικαιοσύνη. Græci enim quando plura connectunt, priori καὶ eleganter præmittunt voculam τε, ſive inter primum nomen & copulam καὶ, ponunt τε, ut hic,

δικαιοσύνη τε, καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. unde cognosci potest, tria tantum hic connecti, quorum primum est δικαιοσύνη; vocabulum vero σοφία, huc non pertinere. nam hoc si voluisset Apostolus, dixisset, σοφία τε, καὶ δικαιοσύνη, &c. Exemplum simile est *Hebr*. VI. 19. Ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, καὶ εἰσερχομένην εἰς τὸ ἐσώτερον &c. & apud Plut. de *Musica*, p. 1137. Μαρτυρεῖ γοῦν τὰ Ὀλύμπου τε καὶ Τερπάνδρου ποιήματα, καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων πάντων. Idem *ibid*. Ἐζήλου γοῦν τὸν Πινδάρειόν τε καὶ Σιμωνίδειον τρόπον, καὶ καθόλου τὸν ἀρχαῖον &c.

CAP. II.

Herodoti versio Latina quibusdam in locis emendatur. Πυθὼ de urbe Delphorum. Δελφοὶ de civibus ejus urbis. Quid ἀτρεμίζον. Οἴκημα. Ἐμβάφιον. Quid καταλαμβάνειν cum casu quarto & infinitivo verbi. Ἀρχὴ τοῦ στρόφου.

HErodotum Latine interpretatus est Valla. hanc interpretationem recognovit & castigavit Stephanus, qui tamen omnes ex illa versione errores sustulisse nequaquam putandus est. Nos ante annos aliquot examinavimus illam versionem, & in ea non pauca adhuc superesse emendanda, quæ non attigit Stephanus, deprehendimus. Quorum specimen aliquod exiguum [nam omnia quæ collegimus hac de re, in medium proferre,

magnæ molis eſſet, & ab inſtituto noſtro alienum:] hic dare voluimus.

Lib. I. cap. 54. de Crœſo dicitur, Πέμψας αὖθις ἐς Πυθὼ Δελφοὺς, δωρέεται, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, κατ' ἄνδρα, δύο στατῆρσι ἕκαστον χρυσοῦ. Quæ verba in Latinum ſermonem ſic tranſtulit Valla, &c. *Ac rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona, in ſingulos viros, quos illic multos eſſe audiebat, binos auri ſtateres.* Approbaſſe hanc verſionem videtur Stephanus, quoniam nihil ad illa verba adnotavit, quum tamen error non unus in illa appareat. [α.] ἐς Πυθὼ non eſt *ad Pythiam*; ſed *ad Delphorum urbem*, ſive *Delphos*: paſſim enim illa urbs appellatur Πυθὼ, unde Apollo Delphicus, Πύθιος cognominatus eſt. [β.] Δελφοὺς hic non notat *urbem*, ſed *homines*; ſive *cives Delphicos.* ut apud *Plut.* lib. de *Sera num. vind.* καὶ Δελφῶν ἑκάστῳ διανείμῃ μνᾶς τέσσαρας. [γ.] illud ipſum Δελφοὺς in conſtructione non pertinet ad τὸ πέμψας, ſed ad δωρέεται; perperam enim diſtincta ſunt verba, unde forte erroris origo. Abſolute τὸ πέμπειν optimis auctoribus uſurpatur pro πέμπειν τινὰς vel ἀγγέλους, ut oſtendimus in libello de *Ellipſi* in voce Ἄγγελος. præterea, ſi Δελφοὺς hîc non accipiamus pro hominibus, quo referetur illud αὐτῶν τὸ πλῆθος? [δ.] denique, πυθόμενος αὐτῶν τὸ πλῆθος, non ſignific. *quos illic*

multos

multos esse audiebat, sed *sciscitatus numerum eorum*. Totum igitur locum sic verto: *mittens rursus Delphos, urbis illius cives, postquam numerum eorum sciscitatus esset, donat viritim binis auri stateribus.*

C. 85. de Nitocri, Babyloniæ regina, - - τὴν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε καὶ ὐκ ἀτρεμίζȣσαν: *animadvertens imperium Medorum ingens ac pacatum.* sic habet versio. At ὐκ ἀτρεμίζȣσαν, non significat *pacatum*, sed *inquietum.* ita p. 79. ἔτι πρότερον τὸν Κῦρον ὐκ ἀτρεμίζοντα, ubi tamen recte, *Cyrum jam pridem inquietum esse.*

C. 191. Babylonii, inquit, si factum Cyri prius sensissent, ingredi eos non permisissent, & male mulcassent; nam clausis cunctis quæ ad fluvium ferebant portulis, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τȣ̃ ποταμȣ̃ ἐληλαμένας, ἔλαβον ἂν σφέας ὡς ἐν κύρτῃ. quæ verba Int. reddidit: *conscensisque septis, ipsi pro ripis stantes illos progressos veluti in cavea excepissent.* Sed Græca hæc sonant: *& ipsi conscensis maceriis quæ secundum fluvii ripas ductæ erant, cepissent eos tanquam in nassa.*

Lib. II. c. 62. Ubi vero in Sain urbem sacrificatum convenerunt, noctu sub dio universi circum domos frequentes lucernas accendunt. τὰ δὲ λύχνα, ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίȣ, *imbutas sale & oleo plenas*,

 habet

habet Int. cum ſenſus ſit: *Lucernæ autem ſunt acetabula ſale & oleo plena.* Sumferat ille perperam ἐμβάφια pro adjectivo, cum ſit ſubſtantivum, notetque *vaſculum* vel *acetabulum*. Heſych. ἐμβάφιον, ὀξύβαφον, & Pollux l. VI. c. 12. inter medicamentorum & ciborum vaſa refert ἐμβάφια, κελάρια, λεκάνια, τρυβλία, καὶ ὀξύβαφα.

L. II. c. 121. τὴν θυγατέρα τὴν ἑωῦτȣ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος, i. e. *filiam ſuam in lupanari proſtituiſſe.* male Valla, *domi* habet. Sic cap. 126. κατίζαντα ἐπ' οἰκήματος. ubi rurſus male, *in quodam ædificio.* Ælian. VI. 1. τάς τε γυναῖκας τῶν Πελληνέων καὶ τὰς θυγατέρας ἐπ' οἰκήματος ἔστησαν. Xenoph. Ἀπομν. II. p. 741. μεστὰ δὲ τὰ οἰκήματα.

Lib. III. c. 118. Τῶν δὲ τῷ μάγῳ ἐπαναστάντων ἑπτὰ ἀνδρῶν, ἕνα αὐτῶν Ἰνταφέρνεα κατέλαβε ὑβρίζοντα τάδε, ἀποθανεῖν. Non intellexit phraſin κατέλαβε ἕνα ἀποθανεῖν, quando in hunc modum reddidit: *Ceterum rex unum e ſeptem viris qui adverſus magum conſpiraverunt, Intaphernem cepit ac capite damnavit ob hanc noxam.* κατέλαβε, hic ſumpſit pro *cepit*, ſubintelligendo ὁ βασιλεύς: male. καταλαμβάνει vel κατέλαβε in tertia perſona cum accuſ. & verbo infinit. conſtructum verti debet, *contingit*, vel *contigit ut* &c. ſic infra c. 149. p. 220. νόσος ἥ (vel ἥν) μιν κατέλαβε νοσῆσαι τὰ αἰδοῖα, *morbo, quo contigit ut cir-*

ca

ea pudenda laboraret. lib. IV. c. 33. - - εἰ σφέας ἀεὶ καταλάμψεται ἀποςείλαντας μὴ ἀποδέκεσθαι: quæ vertenda, *si semper ipsis eveniret, ut quos mittebant, non reciperent.* & cap. 105. - γενεῇ δὲ μιῇ πρότερόν σφεας τῆς Δαρείου ςρατηλασίης, κατέλαβε ἐκλιπεῖν τὴν χώρην πᾶσαν ὑπὸ ὀφίων: *una ante Darii expeditionem ætate contigit illis, ut totam linquerent regionem propter serpentes.* l. IX. c. 74. Αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον τούτων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν - - - ἀποθανεῖν. *Contigit autem ut Sophanes postea ipse vir strenuus occumberet.* ita heic etiam. Vertenda igitur erant Græca: *Accidit autem, ut Intaphernes unus è septem illis qui adversus Magum insurrexerant, periret postquam hanc admisisset injuriam.*

Lib. IV. c. 60. Ubi agitur de ritu sacrificandi apud Scythas: τὸ μὲν ἱρήϊον αὐτὸ ἐμπεποδισμένον τοὺς δύο πόδας τοὺς ἐμπροσθίους ἕστηκε· ὁ δὲ θύων, ὄπισθεν τοῦ κτήνεος ἑστεὼς, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου, καταβάλλει μιν Int. *Victima ipsa primoribus implicita pedibus sistitur, cujus à tergo stans immolator, amota in primis infula, pecudem ferit.* Nescio sane unde habeat illa, *amota in primis infula.* an hoc significabit, σπάσας τὴν ἀρχὴν τοῦ στρόφου; verte membrum posterius hoc modo: *Qui autem sacrificat, stans à tergo jumenti, attracto capite loramenti, dejicit ipsam.* ἀρχὴ τοῦ στρόφου, est *caput loramenti*, ut phrasi

Justini utar, l. XI. c. 7. i. e. *extremitas funis*, quo fune nempe constricti erant anteriores victimæ pedes.

CAP. III.

Duo ex Thucydide loca illustrantur. Quid Γέρα βασιλέων. *Schol. Aristoph. emendatus.* κτῆμα *&* ἀγώνισμα *opponuntur.*

THucyd. lib. I. c. 13. Πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι: *Antea enim erant certis honoribus definita regna hereditaria.* Sch. ἐπὶ ῥητοῖς γέρασιν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ φαεραῖς τιμαῖς, ἐπὶ ὁμολογουμένοις γέρασι. τοῦτο δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν τυραννίδων. ὁ γὰρ τύραννος νόμου κρείττω ἔχει τὴν βούλησιν, καὶ οὐχὶ τὸ αἴσιον. hactenus Schol. Γέρατα βασιλέων, sunt munia & honores quibus ornantur reges. Herodot. l. VI. c. 57. -- τοὺς μάλιστά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας ἔχειν τὰ τῶν βασιλήων γέρεα, δύο ψήφους τιθεμένους, τρίτην δὲ, τὴν ἑωυτῶν: *Eos ex senatoribus, qui maxime ipsos contingunt obtinere jura regia, duos ponentes calculos tertium suum ipsorum.* Dion. Halic. l. II. p. 87. de Romulo: Καταστησάμενος δὴ ταῦτα διέκρινε τὰς τιμὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἃς ἑκάστους ἐβούλετο ἔχειν. βασιλεῖ μὲν οὖν ἐξῄρητο τάδε τὰ γέρα. πρῶτον μὲν, ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν, καὶ πάντα δι' ἐκείνου πράττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια. ἔπειτα, νόμων τε καὶ πατρίων ἐθι-

σμῶν

σμῶν φυλακὴν ποιεῖσθαι, καὶ παντὸς τῦ κατὰ φύσιν ἢ κατὰ συνθήκας δικαίυ προνοεῖν, - - - βυλήν τε συνάγειν καὶ δῆμον συγκαλεῖν, καὶ γνώμης ἄρχειν, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς πλείοσιν ἐπιτελεῖν. ταῦτα μὲν ἀπέδωκε βασιλεῖ τὰ γέρα, καὶ ἔτι πρὸς τύτοις, ἡγεμονίαν ἔχειν αὐτοκράτορα ἐν πολέμῳ &c. Sunt igitur apud Thucydidem; ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι βασιλεῖαι, *regna certis quibusdam juribus & honoribus definita atque descripta.* Emendandus hac occasione est Scholiastes Aristophanis in *Acharnenses* pag. 373. ubi differentiam docet inter βασιλέα & τύραννον. Βασιλεὺς μὲν γὰρ, inquit, ἐκ προγόνων κατὰ διαδοχὴν ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐπὶ ῥητοῖς λαβὼν πέρασι. τύραννος δὲ τὸ ἄρχειν βιαίως σφετερίζεται. pro πέρασι ibi legendum γέρασι; ut apud Thucyd. Ob similitudinem literarum majuscularum facile permutari potuerunt à librariis hæ literæ, γ & π.

Ejusdem libri cap. 22. Κτῆμά τε ἐς ἀεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἐς τὸ παραχρῆμα ἀκύειν σύγκειται. Elegans est antithesis vocabulorum. ut ἐς ἀεὶ, & ἐς τὸ παραχρῆμα, *in perpetuum & in præsens*; sic κτῆμα & ἀγώνισμα. Κτῆμα est res ipsa quæ servatur & possidetur, veritas, historia vera. recte Schol. ἀλήθειαν interpretatur. ἀγώνισμα vero certamen ludicrum, fabula, historia fabulosa, fabulis adornata, quæ auditoribus jucunda. Sch. τὸν γλυκὺν λόγον, θέαμα, παιδιὰν, ποιητικὸν

ἀγῶ-

ἀγώνισμα κωμῳδοποιῶν ἢ τραγῳδοποιῶν. Sic ἀγώνισμα ποιεῖν, *fabulam agere*, dicunt Græci. Citavit hæc Thucydidis verba Lucianus lib. *de conscrib. hist.* p. 631. Ὁ δ' οὖν Θουκυδίδης εὖ μάλα τοῦτο ἐνομοθέτησε, καὶ διέκρινεν ἀρετὴν καὶ κακίαν συγγραφικὴν, ὁρῶν μάλιστα θαυμαζόμενον τὸν Ἡρόδοτον, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι αὐτοῦ τὰ βιβλία. Κτήματα γάρ φησι μᾶλλον ἐς ἀεὶ συγγράφειν, ἤπερ ἐς τὸ παρὸν ἀγώνισμα. καὶ μὴ τὸ μυθῶδες ἀσπάζεσθαι, ἀλλὰ τὴν ἀλήθειαν τῶν γεγενημένων ἀπολείπειν τοῖς ὕστερον. ubi eleganter etiam exponit τὸ ἀγώνισμα per τὸ μυθῶδες, & κτήματα per τὴν ἀλήθειαν. Inferius eodem libro p. 638. idem explanat dicens. - καὶ μὴ πρὸς τὸ παρὸν μόνον ὁρῶν γράφε, ὡς οἱ νῦν ἐπαινέσωνταί σε, καὶ τιμήσωσιν, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος ἐστοχασμένος, πρὸς τοὺς ἔπειτα μᾶλλον σύγγραφε, καὶ παρ' ἐκείνων ἀπαίτει τὸν μισθὸν τῆς γραφῆς, ὡς λέγηται καὶ περὶ σοῦ. ἐκεῖνος μέντοι ἐλεύθερος ἀνὴρ ἦν, καὶ παῤῥησίας μεστός. οὐδὲν κολακευτικὸν, οὐδὲ δουλοπρεπὲς, ἀλλ' ἀλήθεια ἐπὶ πᾶσι &c. Apposite etiam Polybius lib. II. p. 197. τὸ γὰρ τέλος ἱστορίας καὶ τραγῳδίας οὐ ταυτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον. ἐκεῖ μὲν γὰρ δεῖ διὰ τῶν πιθανωτάτων λόγων ἐκπλῆξαι καὶ ψυχαγωγῆσαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀκούοντας. ἐνθάδε δ' διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι καὶ πεῖσαι τοὺς φιλομαθοῦντας. ἐπειδήπερ ἐν ἐκείνοις μὲν ἡγεῖται τὸ πιθανὸν, κἂν ᾖ ψεῦδος

ψεῦδος διὰ τὴν ἀπάτην τῶν θεωμένων. ἐν δὲ τούτοις τἀληθὲς, διὰ τὴν ὠφέλειαν τῶν φιλομαθούντων. & lib. III. p. 257. Ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς, καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τό πραχθὲν πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα, μάθημα δὲ οὐ γίγνεται. καὶ παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν. Adde quoque Joſeph. lib. I. *contra Apionem* pag. 1035.

Cap. IV.

Locus Xenoph. de ingratis illuſtratus ex Cicerone. Ὁμοῦ quid Atticis. Xenophon bis emendatus. Ejus interpres caſtigatus. Ὑβρισμένον *quid.*

XEnophon Κύρου Παιδ. l. I. c. 6. ubi agit de Perſarum legibus & inſtitutis, inter alia de lege eorum contra ingratos, dicit: Δικάζονται δὲ οὐχ ἥκιστα, ἀχαριστίας. καὶ ὃν ἂν γνῶσι δυνάμενον μὲν χάριν ἀποδιδόναι, μὴ ἀποδιδόντα δὲ, κολάζουσι καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς· οἴονται γὰρ τοὺς ἀχαρίστους, καὶ περὶ θεοὺς ἂν μάλιστα ἀμελῶς ἔχειν, καὶ περὶ γονέας καὶ πατρίδα, καὶ φίλους. Hujus legis Perſicæ contra ingratos latæ meminerunt plures Auctores Græci ac Latini. Videatur Briſſon. de *Regno Perſarum* lib. II. p. 198. qui loca ex Ammiano & Themiſtio adduxit. Addam ego alium ex Ælian. *Hiſt. Anim.* VII. 3. Χάριν δ' ἄρα

δ'. ἆρα καὶ δελφῖνες τῶν ἀνθρώπων ἀποδοῦναί εἰσι δικαιότεροι, καὶ τῷ νόμῳ τῶν Περσῶν, ὃν ἐπαινεῖ καὶ Ξενοφῶν, οὐκ ἐνέχονται. Optime Cicero *Orat. pro Plancio* cap. 33. ubi videtur hunc Xenophontis locum explicasse: *Cum omnibus virtutibus me affectum esse cupiam, tamen nihil est quod malim, quam me & gratum esse, & videri. Hæc est enim una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum. Quid est pietas, nisi voluntas grata in parentes? qui sunt boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt? qui sancti, qui religionem colentes, nisi qui meritam Diis immortalibus gratiam justis honoribus, & memori mente persolvunt? quæ potest esse jucunditas vitæ, sublatis amicitiis? quæ porro amicitia potest esse inter ingratos?* &c.

Cap. 24. Ἐπεὶ δὲ ἑώρων τοὺς μὲν σφετέρους φυγῇ εἰς αὐτοὺς φερομένους, τοὺς δ' ἀμφὶ Κῦρον ὁμοῦ ἐπ' αὐτοὺς ἑπομένους. Posteriora verto: *Cyrum cum suis prope a tergo ipsos insequentem.* voculam enim ὁμοῦ hic *prope* significare puto, non *simul*, ut habet Interpres. Ὁμοῦ Atticis sic usurpari docent Scholiastæ Apollonii & Aristophanis. Sch. *Apollon.* ad l. II, p: 73. hæc verba, Ὁμοῦ δὲ οἱ ἐσσεύοντο.] τὸ ὁμοῦ, inquit, καὶ ἐπὶ τοῦ ἀθροίσματος τιθέασι, καὶ ἐπὶ τοῦ ἐγγὺς ὡς Ἀθηναῖοι εἰώθασι χρῆσθαι. Μένανδρος.

ὄρθος. Ὁμοῦ δὲ τῷ τίκτειν παρεγένεθ᾽ ἡ κόρη. ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Aristoph. *Equit.* p. 300. Ὁ κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προσκειμένων. & in *Pace.* καὶ μὴν ὁμοῦ ἐστιν ἤδη. quibus in locis Schol. exp. ἐγγύς. Hom. *Iliad.* E. vers. 867. Ὁμοῦ νεφέεσσιν, Sch. ἐγγὺς τῶν νεφῶν. Similiter paullo post apud Xenoph. ὁμόθεν διώκοντες, verto, *è propinquo persequentes*, non, *copiis universis*, ut Interp. quemadmodum inferius in hoc libro, ὁμόθεν παίεσθαι, *e propinquo*, vel, *cominus feriri.*

Cap. 36. ἐπεὶ δὲ ὡς ἐν τοῖς ἐφήβοις ἦμεν, ὁ Ἄρχων ἡμῶν αὐτοῦ τούτου ἰσχυρῶς ἐπεμελεῖτο. Non dubito quin pro ἐπεὶ δὲ legendum sit, ἐπὶ δὲ, i. e. *deinde*, *præterea.* Sic Herodot. l. IV. c. 59. - - Ἱστίην μὲν μάλιστα· ἐπὶ δὲ Δία τε, καὶ Γῆν. *Vestam præcipue*, *insuper etiam Jovem & Terram.* Sic πρὸς δὲ II. 119.

Cap. 39. Τίνος δ᾽ ἕνεκα δουλοῦν ὡς ἀγρίους πλέγμασι καὶ ὀρύγμασι; Pro δουλοῦν, quod sign. in *servitutem redigere*, lege δολοῦν, *dolo capere.* Paullo post, ἢ οὐ γιγνώσκεις, ὅτι ταῦτα πάντα κακουργίαι τινές, καὶ ἀπάται, καὶ δολώσεις, καὶ πλεονεξίαι; Et similis plane locus est apud Plut. *Amatorio*, p. 757. Ἔυχονται δ᾽ Ἀρισταίῳ δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους. ubi habemus δολοῦν ὀρύγμασι καὶ βρόχοις, ut hic δολοῦν πλέγμασι καὶ ὀρύγμασι.

Lib. II. K. Π. c. 8. Ἐδόκουν δὲ ὠφελεῖσθαι αὐτῷ ὁμοῦ τρεφόμενοι καὶ πρὸς τὸ ἥττον ἀλλήλους

ἂν ἐθέλειν ἀπολείπειν, ὅτι ἑώρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα δεινὸν ἔχοντα πόθον, ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ᾽ ἀλλήλων. Obſervavi ſimilem apud Plutarchum locum, qui dignus eſt, ut hic apponatur. lib. *de educ. puer.* p. 3. Ἡ συντροφία ὥσπερ ἐπιτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας, καὶ γὰρ τὰ θηρία τῶν συντρεφομένων ἀποσπώμενα, ταῦτα ποθοῦντα φαίνεται. i. e. *Convictus quaſi intentio quædam eſt benevolentiæ, quando etiam à beſtiis abſtractas alias, quarum uſæ erant convictu, deſiderari videmus.*

Cap. 20. in principio. Ἄλλον δέ ποτε ἰδὼν ταξίαρχον ἄγοντα τὴν τάξιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν ἐφ᾽ ἑνὸς, καὶ ὁπότε δοκοίη αὐτῷ καιρὸς εἶναι, παραγγέλλοντα τὸν ὕστερον λόχον παράγειν, καὶ τὸν τρίτον, καὶ τὸν τέταρτον εἰς μέτωπον. Non intellectus Interpreti hic locus, qui poſtrema illa ſic reddidit, *poſteriorem manipulum præterito tertio & quarto, in frontem procedere jubebat.* At hæc non eſt mens Auctoris, quod Centurio ille juberet poſteriorem tantum manipulum in frontem procedere; ſed omnes quatuor; nam alioqui fieri non poſſet, ut οἱ λοχαγοὶ ἐν μετώπῳ eſſent, quatuor ſc. uti mox ſequitur. quare τὸ, παράγειν hic non eſt *præterire*, vel *prætеritis aliis procedere*, ſed *promovere ab altitudine in longitudinem*, quod fit ad porrigendam frontem, ut docent Tactici, apud quos paſſim ita occurrit, & ὕστερος hic eſt,

qui

qui *priorem sequitur*, idem quod δεύτερος. quod hic λόχον ὕστερον, τρίτον, τέταρτον, mox δεύτερον τοῦτο, τρίτον, τέταρτον. & deinceps iterum in hoc capite. Verto igitur locum hoc modo: *Alium vero aliquando videns Centurionem ducentem centuriam à fluvio in sinistram singulis singulos sequentibus, & quum tempus ipsi esse videbatur, jubentem secundum manipulum promovere in frontem, & dein tertium & quartum.*

C. 22. de Cyro, ὁ δ' εἰσῄει πρὸς τὸν Κυαξάρην ἐν Περσικῇ στολῇ οὐδέν τι ὑβρισμένῃ. Notanda locutio, στολὴ οὐδέν τι ὑβρισμένη. Ὑβρισμένον eleganter dicitur id quod ambitiosum est, & insolenter ornatum. Eurip. *Phœniss.* 1119. οὐ σημεῖ' ἔχων ὑβρισμένα, *signa non habens ambitiosa*, vel *arrogantiam indicantia*. Sch. σημεῖα ὑπερήφανα καὶ μετ' ἀλαζονείας. Ælian. *V. H.* I. 31. ubi agit de Lege Persarum, quando Rex in Perside equitat, omnes, inquit, ei munera offerunt; agricolæ & opifices, sed οὐδὲν τῶν ὑβρισμένων οὐδὲ τῶν ἄγαν πολυτελῶν, i. e. *nihil eorum quæ ambitiosa, aut valde pretiosa sunt.* atque illud significare τὸ ὑβρισμένον, ex ipso hoc Xenophontis loco liquido patet, nam mox exponitur στολὴ οὐδέν τι ὑβρισμένη, per στολὴν φαύλην, *vilem stolam*, sive φαυλότητα τῆς στολῆς. cum dicit: ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Κυαξάρης, τῷ μὲν τάχει ἥσθη, τῇ δὲ φαυλότητι τῆς στολῆς ἠχθέσθη.

Cap. V.

Lucianus emendatus. Ἐν τοῖς μάλιϛα. Διαλλάττειν. *Idem a prava distinctione liberatus. Interpres ejus aliquoties reprehensus.* Ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι. Μικρὸν ἀνακρύεσθαι. Ὡς ἄμεινον.

APud Lucianum in *Somnio* p. 3. legitur Λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα ἐυδοκίμοις. Non dubito quin legendum sit ἐνδόκιμος. Sic enim loqui amant Græci, voces ἐν τοῖς μάλιστα, quæ nihil aliud designant, quam *cumprimis, maxime*, ponunt inter duos similes casus, quorum alter est nominis substantivi, alter adjectivi. Ælian. *V. H.* 11. 38. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος: *Lex quæ maxime servatur.* Idem XIV. 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι: *Alexander Pheræorum tyrannus quam maxime truculentus fuit.* Lucian. noster in *Gallo.* p. 178. Ἐν τοῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἄξιος. Plut. in *Coriolano.* p. 223. Ἄππιος μὲν ὖν Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι. Idem in *eodem* p. 232. Ἦν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς ἐιπεῖν. Et in *Iside & Osir.* p. 364. Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον ὖσαν. Dion. Halic. l. I. p. 49. τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. Idem pro eo dixit ἐν τοῖς πάνυ. l. I. p. 15. Τῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μέγα

τε καὶ ἀρχαῖον. Herodot. dixit eodem ſenſu, ὅμοια τὰ μάλιστα, ut alibi oſtendimus.

Pag. 14. in *Prometh. in Verb.* cum dixerat, Prometheo ſimiles eſſe τοὺς ἐν δίκαις εὐδοκιμοῦντας, ſubjicit, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε ὅτι μηδ᾽ ἐκ πηλοῦ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾶ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα. In verſione Lat. hoc modo: *Niſi ſi ſic dirimatis, vos ex luto non fingere, ſed aurea pleriſque veſtris figmenta eſſe.* Tu potius ſic redde: *Niſi in eo tantum differretis* (a Prometheo ſc.) *quod non ex luto fingitis, ſed quod aurea veſtrum pleriſque ſunt figmenta.* Sic *pro Imagin.* p. 28. Ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν: *Sed hac re etiam non exigua à ſe invicem differunt.* & alibi. Xiphilin. *Nerone* p. 189. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐκ τοῦ ὁμοίου πάντα ἔπραττον, ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ διήλλαζον: *Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumque diſcrepabant in eo* &c.

Pag. 17. Ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ἐποχουμένη τὰ πολλὰ, τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε. Verſio Lat. *Interdum etiam anapæſticis verſibus plerumque in ſublime evecta, dialogi ſocios ſubſannabat.* Prava hæc verſio à prava diſtinctione eſt orta. Quid *interdum* & *plerumque* in uno membro? Diſtinguenda ſunt verba hoc modo: Ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ἐποχουμένη, τὰ πολλὰ τοὺς τοῦ διαλόγου ἑταίρους ἐχλεύαζε. nam τὰ πολλὰ pertinet ad membrum poſterius.

verte igitur: *Interdum etiam omnino anapæsticis versibus vecta, multa in Dialogi socios scommata conjiciebat.* Sic πολλὰ λοιδορεῖσθαι dixit Noster in *Somnio* p. 4. καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης. &, πολλὰ κατηγορηθῆναι in *Timone* p. 127. τὰ πολλὰ ἐπισκώπτειν in *Dial. Mort* p. 263. Πολλὰ καταρᾶσθαι ἀνδράσι πονηροῖς dixit Comic. in *Lysistr.* p. 887. similiter Lat. *multa invehi in aliquem.*

In *Nigrino*. p. 22. Τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκείνας εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἀηδόνας, καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι. Interp. *Tantamque verborum ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane videretur Sirenas illas, si quæ unquam fuerunt, & aëdonas, lotum illum Homeri antiquum referre.* Prorsus non tetigit scopum. Sensus enim verborum est: *Tam dulcia mihi verba ipsius fuerunt, ut Sirenes, lusciniæ, lotusque Homeri nugæ essent ad hæc*, vel, *ut antiqua, stulta & deliramenta viderentur ista alia, præ dulcibus hujus verbis.* Sic recte cepit locum hunc Schol. qui ἀρχαῖον interpretatur ἀνόητον. Græci passim ἀρχαῖον & κρόνιον pro *stulto* & *deliro* sumunt, Comic. in *Nubib.* p. 176. Σὺ δὲ γ' ἀρχαῖος: *Sed tu stolidus.* In eadem fab. p. 199. Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν, Ἄδειν τε πίνονθ'. *At hic continuo subjecit, stultum*

esse

esse pulsare citharam & cantare inter bibendum. Sic Lat. *Antiqua. Negligimus ista,* inquit *Phil.* I. Cicero, *& nimis antiqua & stulta ducimus.* Et quemadmodum hic Lucian. ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, ita Aristoph. Κρόνους ἀποδεῖξαι in *Vesp.* p. 531. Καὶ τοὺς τραγῳδοὺς φησιν ἀποδείξειν Κρόνους τὸν νοῦν: *Et tragœdos mente stolidos esse probaturum se dicit:* simili phrasi noster παῖδας ἀποφαίνειν dixit, in de *Morte Peregr.* p. 565. ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε. *brevi illos præ se pueros esse ostendit.* Ceterum sententiam hanc aliis verbis expressit Auctor in *Imagin.* p. 10. Ὁπόταν δὲ καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο ᾄδῃ, καὶ μάλισα πρὸς τὴν κιθάραν, τότε δὴ, τί πιτε, ὥρα μὲν σιωπᾷν ταῦτα ἀλκυόσι καὶ τέτλιξι, καὶ τοῖς κύκνοις· ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. κᾂν τὴν Πανδίονος εἴπῃς, ἰδιῶτις κἀκείνη καὶ ἄτεχνος, εἰ καὶ πολυηχέα τὴν φωνὴν ἀφίησιν: *Quando vero eximium illud canit in primis ad citharam, tunc utique tacendum halcyonibus, cicadis & oloribus. Præ illa enim omnia hæc sunt expertia cantus* (vel, *canendi imperita:*) *quin & si Pandionis filiam dicas, rudis etiam illa & imperita, quamvis vocem multisonam emittat.*

P. 25. Παῦε, ὦ θαυμάσιε, μικρὸν ἀνακρουόμενος. Insulse admodum Interpres: *Cessa, ô admirande, paulum præludere.* Nihil aliud est μικρὸν ἀνακρουόμενος, quam μικρὸν ἐπανιὼν apud Xenoph. Κύρ. π. I. Metaphora desum-

ta a re nautica, in qua κρούεσθαι & ἀνακρούεσθαι πρύμναν dicuntur, *qui remis inhibent cursum navis, & paullatim retrocedunt*, uti docuere Viri Magni J. F. Gronov. Lib. IV. *Observat.* & J. G. Græv. ad Lucian. *Ver. Hist.* I. inde μεταφορικῶς κρούεσθαι & ἀνακρούεσθαι ſumuntur pro *retrogredi*. ita apud *Ælian. Hist. An.* III. 13. κρούεσθαι τὸ πτερὸν dicitur avis, quæ retrovolat. Præterea in τῷ, παῦε ſimiliter alluſit Lucianus ad rem nauticam. ea enim voce Celeuſta jubebat remiges quieſcere, & non ulterius remigare. ita Charon apud Comicum in *Ran.* p. 224.

Ὦ παῦε, παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ.

Senſus itaque Luciani hoc loco eſt: Deſine, o bone vir plura loqui, ne perge ulterius in tua narratione, ſed paullulum eam inhibe, retrogredere, & repete. Hoc ſic eſſe evincunt ſequentia, καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα.

Ibid. Ὥστε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔσται πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν. Formula loquendi, ὡς ἄμεινον ἦν, qua utebantur illi qui alios docebant, quid facere par eſſet, vel corrigebant non ſatis recte quippiam dicentes vel facientes. occurrit apud Heſiod. in Ἐργ. ad Perſen fratrem, verſ. 570.

Τὸν δὲ μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδὼν
Ἐς φάος ἀνθρώποις, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο.
Τὴν φθάμενος οἴνας περιταμνέμεν· ὣς γὰρ ἄμεινον.

& apud

& apud Hom. *Iliad.* A. verf. 217.

Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον· ὣς γὰρ ἄμεινον.

Ita hic Lucian. ὡς ἄμεινον ἦν: *fic erat melius.* pro eo quod hic dixit, ἐκεῖνο ἔστω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν, alibi habet, διεύθυνον, *corrige.* in *Prometheo.* p. 183. Εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διευθύνατε.

CAP. VI.

Explicatur locus in II ad Timoth. Epiftola. Refutantur illi, qui in phrafi ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον, *a victimarum fectione ac diftributione petitam putant metaphoram.* Διαιρεῖν *pro mente vel judicio difcernere. Notatur Pricæus, qui a lapicidis ductam in* τῷ ὀρθοτομεῖν *tranflationem exiftimat. Apoftolum in eo verbo ad aratores bonos, qui rectos ducunt fulcos, refpexiffe oftenditur, & fignificare, verbum Euangelii pure & fincere docere. Vocabula* ἔργον, ἐργάζεσθαι, ἐργάτης *quomodo* κατ' ἐξοχὴν *ufurpentur apud Græcos,* & *tranflate in N. T.*

IN II. *ad Timotheum* Epiftola cap. II. verf. 15. Σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ Θεῷ, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας: *Da operam, ut probatum temet exhibeas Deo, operarium inconfufibilem, recte fecantem verbum veritatis.* Quæritur, unde in verbo ὀρθοτομεῖν defumta fit metaphora. Eruditiffimo Bezæ videtur effe translata ab *illa legali victimarum fectione ac diftributione*, ut & Viro Magno Hugoni

 Gro-

Grotio, qui ad hunc locum, *Similitudo*, inquit, *ducta à victimis, quæ certo ritu secari debebant.* & paullo post, *Euangelium autem* ὀρθοτομεῖ, *qui cuique accommodat ea monita, quæ ei maxime conveniunt, quomodo de victimis aliæ partes dabantur sacerdotibus, aliæ privatis.* Pariter Doctissimus Bochartus à sacrificiis petitam esse existimavit, quia dissectio animalium in sacrificandi ritu non fuit temere facta, sed cum arte & industria: quod colligunt ex eo, quod apud Poëtam sæpe legitur,

Μίστυλλόν τ' ἄρ' ἐπισταμένως.

Et in minutas partes scienter secabant, ut *Iliad.* Η. 317. & Ω. 626. Hinc Deum Caino dixisse volunt, Οὐκ, ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; *Nonne, si bene offeras, nec bene dividas, peccasti?* Quæ versio LXX. Interpretum ex eo nata, quod legerunt לנתח pro לפתח *Genes.* IV. 7. Vide Bochart. *Hieroz.* Part. I. Lib. II. cap. XXXIII. Sed ut ἐν παρέδῳ paucula observem ad illum locum Septuaginta Interpretum. Non mihi equidem videntur Interpretes illi, quum sic verterunt hæc verba, legentes procul dubio aliter ac hodie in Codice Hebræo habetur, respexisse ad dissectionem victimarum in sacrificiis, ob duas hasce rationes, (α) quia verbum διαιρεῖν vel διελεῖν non est usitatum Græcis, quando de dissectione victimarum loquun-

loquuntur, ſed potius μιστύλλειν, Poëtis, & μελίζειν ac ſimilia Proſæ ſcriptoribus, ut Dion. Halic. Lib. VII. p. 478. καὶ μετὰ τῦτο δείραντές τε καὶ μελίσαντες, *ac mox excoriatam concidebant membratim.* nuſquam vero, quod ſciam, exprimitur hoc per διαιρεῖν, vel ὀρθῶς διαιρεῖν. (β.) Quia Cainus, ad quem Deus hæc verba habuit, non obtulerat de pecudibus, ſed de frugibus terræ: erat enim agricola. Habelus vero frater ejus, opilio, de pecudibus obtulerat. quapropter in illo Dei ad Cainum dicto ad diſſectionem animalium reſpici poſſe non videtur. Dicam paucis, quæ mea hoc de loco ſit ſententia. Putem ego, τὸ διαιρεῖν hic impropriam habere notionem ſc. *mente diſcernendi & dijudicandi*, ut ὀρθῶς διαιρεῖν dicatur is, qui recte, & ita uti decet, de re aliqua cogitat & ſtatuit, qui à malo bonum, falſum a vero diſcernit. Uſus hujus verbi in hac ſignificatione frequens eſt apud antiquiſſimos probatiſſimoſque Auctores. Herodot. lib. VII. cap 16. Ἐι δὲ ἄρα μὴ ἐςι τῦτο τοιόνδε οἷον ἐγὼ διαιρῶ: *Si vero hoc non ſit tale, quale eſſe ego ſtatuo.* Interpres non ſatis expreſſit h. v. *Quod ſi hoc non eſt cujuſmodi ego dico:* non enim τὸ διαιρεῖν *dicere* notat. Epictet. in *Enchirid.* cap. XXII. Ὅταν κλαίοντα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, - - - εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγειν ἔςω πρόχειρον: *Quum flentem aliquem videris in luctu, - -*



mox statuito apud te ipsum, & esto in promtu dicere &c. iterum cap. XXIV. Κόραξ ὅταν μὴ αἴσιον κεκράγῃ, μὴ συναρπαζέτω σε ἡ φαντασία· ἀλλ' εὐθὺς διαίρει παρὰ σεαυτῷ, καὶ λέγε, ὅτι τούτων ἐμοὶ οὐδὲν ἐπισημαίνεται, ἀλλ' ἢ τῷ σωματίῳ μου, ἢ τῷ κτησιδίῳ μου &c: *Si corvus inauspicatum crocitarit, ne te visum illud moveat, sed mente tua discerne, & dic: Nihil istorum mihi portenditur, sed aut corpusculo meo, aut reculæ meæ.* Quin immo ipsum illud ὀρθῶς διαιρεῖν occurrit apud Comicum in Νεφέλαις pag. 169. Ed. Genev. ubi Socrates ad Strepsiaden:

Ἴθι νῦν, κάλυπτε, καὶ σχάσας τὴν φροντίδα
Λεπτὴν κατὰ μικρὸν περιφρόνει τὰ πράγματα
Ὀρθῶς διαιρῶν καὶ σκοπῶν.

Agedum tege faciem, & sistens meditationem
Subtilem paullatim circumspice res
Recte discernens & considerans.

ad quem locum Scholia antiqua: Διαιρῶν] ἀκριβῶς καὶ ἐπιμελῶς καταμερίζων περὶ οὗ τὴν σκέψιν ποιῇ. ἀναπτύσσων, δοκιμάζων, καὶ διακρίνων τὰ πράγματα. & inferius: Διαιρῶν καὶ σκοπῶν] ὁ γὰρ σκεπτόμενος, οὕτω διαιρεῖ τὴν βουλήν· οἷον εἰ τόδε ποιήσω, τόδε ἀπαντήσει, καὶ εἰ τόδε, τόδε. Hoc Euripdes expressit, διαλαβόντα ὀρθῶς κρίνειν, in *Electra* pag. 273.

Πῶς οὖν τις αὐτὰ διαλαβὼν ὀρθῶς κρινεῖ;
Quomodo igitur quis hæc discernens recte judicet?

Ὀρθῶς

Ὀρθῶς κρίνειν est etiam in *Euang.* Lucæ VII. 43. Sed plura non adducam exempla. hisce, ni fallor, satis probatum dedi illum quem dixeram usum verbi διαιρεῖν. Quando igitur secundum τοὺς LXX Deus ad Cainum dixit: Οὐκ ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ διέλῃς, ἥμαρτες; verto: *Nonne, si recte obtuleris, recte vero non discreveris mente tua, peccasti?* Sc. recte quidem, quod ad externum sacrificium, de frugibus terræ donum Deo obtulerat Cainus, sed animus ipsius perversus non discernebat inter bonum & malum, impius erat, & in Deum non credebat. τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ ἦν, τὰ δὲ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ δίκαια, ut est apud Joannem I. *Epist.* III. 2. Quia igitur animo impuro & infideli, nec recte de oblatione discernente ac dijudicante obtulit suum munus, placere Deo non potuit, & proin graviter peccavit. Contra vero frater Habelus, qui idcirco πίστει πλείονα θυσίαν παρὰ Κάϊν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ prædicatur in Epist. ad *Hebr.* cap. XI. Hæc mea de hoc loco sententia est, quam obiter heic inserere visum fuit. Sed à diverticulo ad viam.

Quemadmodum in τῷ διαιρεῖν loco illo Geneseos non respicitur, ut jam dixi, ad dissectionem animalium, ita nec hoc Apostoli loco in τῷ ὀρθοτομεῖν, uti existimarunt viri Eruditi, quos supra nominavi: nusquam enim hoc

hoc quoque de rite diſſecandis animalibus adhibitum reperitur. Quare alia Metaphora quærenda eſt. Pricæus ad hunc locum deſumtam eſſe putat à *marmorariis* ſive *lapicidis*, qui etiam ἐργάται vocantur, ut apud Lucian. in *Somnio*, Καὶ διδάσκει παραλαβὼν λίθον, ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι. quem loquendi modum confert cum hoc Apoſtoli, ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, quod vocabulum licet ad multa artificiorum genera applicari poſſit; de nullis tamen frequentius nec magis proprie uſurpari aſſerit, quam de artificibus illis, qui lapides perite aut ſecare aut committere noverunt. Fateor occurrere quidem aliquando vocabulum ἐργάτης de *Lapicida*, ſed de nullo frequentius & proprie magis quam de eo occurrere, nego; nam uſum ejus multo frequentiorem magiſque proprium eſſe de opera in agro, ſive de eo qui opus ruſticum facit, quam de lapicida, facile mihi concedent ii qui Græcos auctores evolverunt, idque infra probaturus ſum.

Nullus igitur dubito, quin Apoſtolus in τῷ ὀρθοτομεῖν reſpexerit ad *Aratores*, quorum proprium eſt verbum. Illi enim quando arant, dicuntur τέμνειν τὴν γῆν, σχίζειν & ἐπισχίζειν ἄρουραν, ut Lat. *ſcindere*, & *aratro proſcindere terram.* Apollon. Rhod. *Argon.* lib II. p. 99.

Οἷον δὲ πλαδόωσαν ἐπισχίζοντες ἄρουραν

Ἐργα-

Ἐργατίναι μογέουσι βόες.

Ut autem humidam proſcindentes terram
Aratores laborant boves.

Ὀρθοτομεῖν autem dicuntur boni aratores, qui operi ſuo intenti, nec in arando reſpicientes, rectos ducunt ſulcos, & non delirant. qui enim in arando jugiter reſpiciunt, facile delirant, & rectos ducere ſulcos non poſſunt. Heſiodus in Ἔργοις eleganter de bono aratore, verſ. 443.

Ὅς κ' ἔργου μελετῶν ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνοι,
Μηκέτι παπταίνων μεθ' ὁμήλικας, ἀλλ' ἐπὶ ἔργῳ
Θυμὸν ἔχων.

Qui quidem operi intentus rectum ſulcum ducat,
Non amplius circumſpiciens æquales, ſed in opere
Animum habens.

Hinc eleganter illuſtrari poteſt illud dictum Chriſti Domini apud Lucam in *Euang.* IX. 62. Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ceterum quod Heſiodus dixit ἰθεῖαν αὔλακ' ἐλαύνειν, hoc Theocrit. ὄγμον ὀρθὸν ἄγειν. *Idyll.* X. in principio. Οὐθ' ἑὸν ὄγμον ἄγειν ὀρθὸν δύνᾳ, ὡς τὸ πρὶν ἄγες: *Neque ſulcum rectum ducere potes, ſicut antea ducebas.* Ubi Sch. ὄγμος interpretatur, ἡ ἐπ' εὐθὺ τοῦ ἀρότρου τομή. Dionyſ. *de Situ Orbis* dixit, αὔλακα κ' ἐπιθύνειν.

οὐ γὰρ

\- - - - - οὐ γὰρ ἀρότρῳ
Αὔλακ' ἐπιθύνουσι διασχίζοντες ἀρούρας.
\- - - - - *non enim aratro*
Sulcum rectum faciunt proscindentes arva.

Paulus vero una voce composita ὀρθοτομεῖν dixit. Quod verbum ab Aratoribus hujusmodi *rectos ducentibus sulcos* translatum est ad eos qui rectas vias insistunt, quique vitam suam ita uti decet instituunt, recte omnia faciunt, pure, candide & sincere in omnibus agunt; nullam fraudem dolumve malum adhibent. in *Proverb* XI. 5. Δικαιοσύνη ἀμώμου ὀρθοτομεῖ ὁδούς. & alibi. Sed insignis est locus apud Euripidem in *Rheso*, ubi versu 395. *Hector*,

\- - - - - φιλῶ λέγειν
Τἀληθὲς ἀεὶ, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.
\- - - - - *amo loqui*
Vera semper, nec sum duplex vir.

Ad quæ *Rhesus* vers. 422.

Τοιοῦτός εἰμι κἀυτὸς, εὐθεῖαν λόγων
Τέμνων κέλευθον, κοὐ διπλοῦς πέφυκ' ἀνήρ.
Talis sum & ego, rectam sermonum
Viam secans, nec sum duplex vir.

Observatu autem dignus est hic Euripidis locus, quippe cum ex eo maxime illustrari queat hic de quo agimus. Non quidem eadem verba ibi habemus, sed alia, quæ idem plane significant. quid enim, quæso, aliud est,

eſt, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον, quam εὐθεῖαν λόγου τέμνειν κέλευθον?

Quum igitur de Doctore Euangelii, ut hic, dicitur ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, nihil aliud ſignificat, quam verbum Euangelii pure & ſincere docere, non cum fuco & dolo prædicare proprii quæſtus gratia, quemadmodum falſi quidam Apoſtoli id temporis faciebant, qui inde ἐργάται δόλιοι appellantur; ſed veritatem Euangelii ita prædicare, uti ea ſe habet, nihil addere, nihil demere. Hoc alia metaphora, à cauponibus ſc. fraudulentis petita, qui vitiata vina pro ſinceris vendunt, dixit Paulus οὐ καπηλεύειν τὸν λόγον, *non cauponari verbum*, in II. *ad Corinth.* II. 16. Ὀυ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ Θεοῦ, κατενώπιον τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. deinceps in eadem epiſt. οὐ δολοῦν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. cap. IV. 2. - - - μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων. & in *Ep. ad Galat.* II. 14. ὀρθοποδεῖν πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου, *recta incedere ad veritatem Euangelii.* hoc autem loco, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, *rectum ducere ſulcum verbi veritatis, ſine ullis erroribus rectam verbi ſecare viam.* Eleganter ergo verus & bonus Euangelii miniſter comparatur cum

bono

bono aratore, & ut hic, ita etiam in illa ſententia Chriſti Luc. IX, qui locus ſupra adſcriptus eſt, miniſtri Euangelii comparantur cum aratoribus. *Qui manum aratro admovet & reſpicit ea quæ retro ſunt, non appoſitus eſt ad regnum Dei.* id eſt, qui aggreditur munus Euangeliſtæ, & interim etiam voluptates ac res hujus ſeculi curat ac reſpicit, is non poteſt eſſe diſcipulus meus, nec bonus Euangelii miniſter, is inhabilis eſt ad regnum Dei promovendum.

Et quod amplius me confirmat in hac ſententia, petitam eſſe metaphoram ab arantibus terram, & vomere ſcindentibus, eſt quod præceſſit in hoc verſu, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον. vox enim ἐργάτης proprie & κατ' ἐξοχὴν de eo qui opus ruſticum facit, uſurpatur. id quod nunc quemadmodum ſupra facturum me pollicitus ſum, demonſtrabo. Antequam vero oſtendam uſum hunc præcipuum vocis ἐργάτης, neceſſe erit docere, voces ἔργον & ἐργάζεσθαι, unde eſt ἐργάτης, de hujusmodi *opere ruſtico* κατ' ἐξοχὴν paſſim uſurpari.

Quod attinet ad vocem ἔργον, de eâ Euſtathius ſub finem *Iliad.* Z. ad hæc verba, Ἔργον ἀτιμήσειε μάχης, notavit, Ἔργον μάχης, πρὸς διαςολὴν ἑτέρων ἔργων εἴρηται, ὧν ἐςι καὶ τὸ δηλȣ̃ν τὴν γεωργίαν κατ' ἐξοχὴν, ἐξ ȣ̃ καὶ ἐργάζεσθαι, τὸ γεωργικῶς πονεῖσθαι. καὶ ὁ παρὰ

Σοφο-

Σοφοκλεῖ ἐργάτης, καὶ ὁ παρὰ Θεοκρίτῳ ἐργατίνας. Sic Homer. *Odyss.* Ξ.

- - ἔργον δέ μοι ἐ φίλον ἔσκε.

- - *opus autem mihi gratum non erat.*

ubi Schol. ἔργον τὸ κατὰ γεωργίαν. immo voce ἔργων etiam passim usi sunt Græci de arvis, sive de agris cultis, & de ipsis frugibus. Ælian. *Hist. Anim.* III. 23. ἔργα habet eo sensu pro *arvis*, & paullo post τὰ ἔυεργα χωρία, *agros bene cultos.* Herodot. lib. I. c. 36. τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διεφθείρεσκε, *Mysorum fruges devastabat.* Ælian. *Var. Hist.* IV. 5. καὶ λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα ἐχειρώσατο λέοντα: *& leonem arva* sive *fruges eorum devastantem cepit.* Callim. *Hymno in Dianam*, vers. 125.

Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη.

Pecudes ipsorum devorat pestis, fruges vero grando.

& vers. 156.

- - σύες ἔργα, σύες φύτα λυμαίνονται.

- - *sues fruges, sues plantas devastant.*

Hinc ἐργάζεσθαι peculiariter & κατ' ἐξοχὴν est *terram colere.* Hesiod. Ἐργ. 621.

Γῆν δ' ἐργάζεσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.

Terram autem colere memento, ut te jubeo.

Ælian. *Var. Hist.* IX. 25. refert, Pisistratum imperii compotem factum arcessivisse ad se eos, qui in foris otiose tempus tererent, ejusque

que

que rei cauſſam eos rogaſſe, ſimulque addidiſſe, Ἐι μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμȣ̃ λαϐὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζȣ: *Si tibi mortuum eſt par boum, à me accipe, abi & cole terram.* II. *Reg.* IX. 10. Καὶ ἐργᾷ αὐτῷ τὴν γῆν σὺ &c. Paſſive etiam hoc verbum uſurpatur de terra quæ colitur. Dionyſ. Halic. Lib. VIII. p. 554. Ὅσων δὲ γεωργικὸς ὁ βίος ἦν ἐν ἀλλοτρίοις κτήμασι, τȣ́των ἄγοντές τε καὶ φέροντες τὰ παρεσκευασμένα πρὸς τὴν ἐργασίαν ζεύγη τε βοϊκὰ καὶ βοσκήματα καὶ ὑποζύγια ἀχθοφόρα, καὶ σκεύη παντοῖα εἰς γῆ τε ἐργάζεται, καὶ καρποὶ συγκομίζονται: *Qui vero in alienis fundis agriculturam exercebant, horum agentes ac ferentes inſtrumenta ruſtica, juga boum & greges, & jumenta onera portantia, & omnigena inſtrumenta, quibus terra colitur & fruges comportantur.* LXX. *Ezech.* XXXVI. 34. Καὶ ἡ γῆ ἡφανισμένη ἐργασθήσεται: *Et terra devaſtata coletur.* unde ager aratus, & cultus dicitur ἀγρὸς εἰργασμένος, *Eccleſ.* V. 8. & contra inarata terra, γῆ ἀνέργαστος apud Lucian.

Unde jam denique ἐργαστὴρ & ἐργάτης dicitur qui rus colit, fodit, arat, ſerit, occat, metit, &c. ac ἐργασία pro *agricultura* κατ' ἐξοχήν. Xenoph. lib. V. *Memorabil.* pag. 832. Ἐπί τε γὰρ τȣ̀ς πολεμίȣς σὺν ἀνθρώποις δεῖ ἰέναι, τῆς τε γῆς σὺν ἀνθρώποις ἐςὶν ἡ ἐργασία. τὸν ȣ̃ν μέλλοντα εὖ γεωργήσειν δεῖ τȣ̀ς ἐργα-

ςῆρας

σῆρας καὶ προθύμους παρασκευάζειν, καὶ πείθεσθαι θέλοντας: *Nam & adversus hostes pergendum est cum hominibus, & hominum opera terra est colenda. Itaque necesse est eum qui recte agriculturam exercere velit, operarios suos sic instruere, ut sint alacres & ad parendum promti* & paullo post: παρακελεύεσθαι δὲ πολλάκις οὐδὲν ἧττον δεῖ τοῖς ἐργάταις τὸν γεωργὸν, ἢ τὸν στρατηγὸν τοῖς στρατιώταις. *Etiam necesse est agricolam non minus interdum operas suas cohortando excitare, quam imperatorem milites.* Joseph. *B. J.* l. v. c. 9. ὅντινα λάβοι τῶν προσιόντων κατὰ τὴν χώραν ἐργατῶν διέφθειρεν. *quemcunque cepisset ex agricolis agros adeuntibus, interfecit.* Sic apud Sophoclem ἐργάτης, & apud Theocritum Ἐργατίναι in principio *Idyll.* X. quod Idyllium inscribitur etiam Ἐργατίναι ἢ Θερισαί. & in *Geoponicis* nihil frequentius. pag. 77. Ἐὰν πολλοὶ ὦσιν ἐργάται, οὐ δεῖ πάντας ὁμοῦ ἐργάζεσθαι· εὐκόλως γὰρ ῥᾳδιουργήσουσιν. & sæpius eadem pag. & alibi. Immo non tantum homines agrum colentes sic κατ' ἐξοχὴν dicuntur, sed etiam *boves*, qui Lat. *aratores*, Apollon. l. II. p. 99.

Ἐργατίναι μογέουσι βόες.

Aratores laborant boves.

Frequens etiam hic usus ejus vocis de operariis agrum colentibus est in Novo Fœdere. Jacob. V. 4. Ἰδοὺ ὁ μισθὸς τῶν ἐργατῶν τῶν ἀμησάντων τὰς χώρας ὑμῶν, ὁ ἀπεστερημένος ἀφ'

ὑμῶν, κράζει. & in Euang. ſæpius. Hæc fuſius paullo perſequutus ſum, ut oſtenderem, proprie admodum & κατ' ἐξοχὴν de opera ruſtica hanc vocem accipi, contra Pricæum, qui de nullo frequentius & magis proprie quam de Lapicida hanc vocem uſurpari contendit.

In N. T. hæc omnia improprie ſæpe uſurpantur, & ad Spiritualia transferuntur.

α. Eccleſia comparatur cum arvo quod colitur. unde Paulus 1. *Cor.* III 9. ad fideles Corinthios: Θεοῦ γεώργιόν ἐστε.

β. Deus comparatur cum hero, ſive domino fundi. Matt. XX. 1. Ὁμοία γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας. ubi dominus fundi vel vineæ, οἰκοδεσπότης appellatur, (qui in *Geopon.* l. II. pag. 76 etiam δεσπότης.) & dein apud Matt. verſ. 8. ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος.

γ. Epiſcopi, Doctores & Præcones Euangelii, à Deo miſſi ad prædicandum Euangelium & homines ad fidem convertendos, conferuntur cum operariis ſervis, quorum opera herus utitur in agro colendo, fodiendo, arando, occando, ſerendo, plantando, rigando, metendo, vindemiando, triturando &c. quare ἐργάται illi appellantur. Ita Paulus hic hortatur Timotheum, ut exhiberet ſe Deo tanquam hero ſuo ἐργάτην ἀνεπαί-

σχυντον,

σχυντον, i. e. probum Euangelii Ministrum, qui magno studio semper intentus est Euangelio promovendo, qui non negligenter, nec dolose in arvo Ecclesiæ operatur, sed contra ea deligenter, & sincere, atque adeo, quum Dominus rationem operis ab eo exigit, tantum abest, ut negligentiæ aut fraudis accusari, ac propterea animo confundi & pudefieri queat, ut potius multa cum fiducia & παῤῥησίᾳ mercedem operis exspectet.

Hujusmodi ἐργάταις in Euangelio bonis & inconfusibilibus oponuntur ἐργάται κακοὶ & δόλιοι, *operarii mali & dolosi*, quo nomine appellantur falsi Apostoli, qui perniciosa fovent dogmata, iisque alios in fraudem inducunt & decipiunt. F. G II. *Cor.* XI. 13. Οἱ γὰρ τοιῦτοι, ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀποστόλους Χριστῦ: *Tales enim falsi Apostoli, operarii dolosi, transfigurantes se in Apostolos Christi.* & *Philip.* III. 2. Βλέπετε τὺς κύνας, βλέπετε τὺς κακὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. *Cavete canes, cavete malos operarios, cavete concisionem.*

Et ut Ministri Euangelii vocantur ἐργάται, ita collgæ in munere prædicandi Euangelii, συνεργοὶ appellantur. 1. *Thess.* III. 2. Καὶ ἐπέμψαμεν Τιμόθεον τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ διάκονον τῦ Θεῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν ἐν τῷ Ἐυαγγελίῳ τῦ Χριστῦ. *Rom.* XVI. 9. Ἀσπάσασθε Ὀυρβανόν τὸν συνεργὸν ἡμῶν ἐν Χριστῷ. *Philipp.* II. 25.

 ubi

ubi Paulus Epaphroditum vocat συνεργὸν suum.

Hinc etiam opus & labor quem adhibent Euangelii ministri in prædicando & propagando regno Christi, exprimitur illis verbis, quibus molestus ac difficilis rus colentium labor apud Græcos efferri solet. E. G. ἔργον, κόπος, κοπιᾶν, σπείρειν, φυτεύειν, ποτίζειν & quæ sunt similia. Sic [α] Ἔργον habemus *Philipp.* II. 30. de Epaphrodito: Ὅτι διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε. [β] Κοπιᾶν 1. *Cor.* XV. 10. περισσότερον (inquit ibi Paulus) αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα. sequitur ibi vers. 11. Εἴτε οὖν ἐγὼ, εἴτε ἐκεῖνοι, οὕτω κηρύσσομεν. quod prius κοπιᾶν, dein κηρύσσειν exponit. *Philipp.* II. 16. οὐδὲ εἰς κενὸν ἐκοπίασα. hinc doctores Ecclesiæ appellantur οἱ κοπιῶντες, ut 1. *Theß.* V. 12. Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, εἰδέναι τοὺς κοπιῶντας ἐν ὑμῖν, καὶ προϊσταμένους ὑμῶν ἐν Κυρίῳ, καὶ νουθετοῦντας ὑμᾶς. & plenius, οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, in I. *ad Timoth.* V. 17. Verbum autem hoc proprium etiam esse agricolis opus ruri facientibus, liquet ex II. *Timoth.* II. 6. Τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. [γ] Σπείρειν, 1. *Cor.* IX. 11. Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπείραμεν. [δ.] Φυτεύειν & ποτίζειν. 1. *Cor.* III. 6. Ἐγὼ ἐφύτευσα, Ἀπολλὼς ἐπότισεν· ἀλλ' ὁ Θεὸς ηὔξανεν. ubi Paulus dicit de sese, quod ἐφύτευσε. i. e. primus prædi-

prædicavit Euangelium Corinthiis, & rudimenta doctrinæ Christianæ eos docuit; de Apollo vero, quod ἐπότισε. i. e. in veritate Euangelica confirmavit eos qui jam fundamentis ejusdem erant imbuti.

Cap. VII.

Herodoti versio Latina quibusdam in locis castigatur. Quid Ἀττέλεβοι, *&* καταλέειν. Πατέεσθαι. Ἀνθέρικοι. *Longus in Pastor. emendatur. Ejusdem interpres notatur. Quid* διαβάλλειν τινά. Ὑπολειφθεὶς *&* ὑπολειφθεὶς *sæpe confunduntur.*

APud Herodotum lib. IV. cap. 172. ubi agitur de Nasamonibus eorumque victu, inter alia dicitur: Τὰς δὲ ἀττελέβους ἐπεὰν θηρεύσωσι, αὐήναντες πρὸς τὸν ἥλιον, καταλέουσι. Interpres putans Herodotum heic etiam loqui de palmis, de quibus paullo ante loquutus fuerat, mire transtulit hanc periodum, nulla ratione significationis verborum habita: *Ex quibus*, inquit, *ubi palmulas præmaturas decerpserunt, ad solem siccantes mature faciunt.* Verum Ἀττέλεβος, non est *palma*, sed *locusta*. Hesych. Ἀττελάβους, ἀκρίδας. Ἀττέλεβος, ἀκρὶς μικρὰ &c. præterea θηρεύειν non est *decerpere fructus*, sed *venari* & *capere animalia.* denique καταλέειν non est *maturefacere*, sed *commolere*, frequens Hippocrati. Verte igitur totum locum: *Locustas vero postquam ceperunt, siccatas ad solem commolunt.*

Cap. 186. Βοῶν μὲν νῦν θηλέων οὐδ' αἱ Κυρηναίων γυναῖκες δικαιεῦσι πατέεσθαι. Vertitur à Valla: *Sed nec Cyreneæ feminæ ferire sibi fas putant.* Stephanus ad verbum πατέεσθαι notavit, *suspecta est hîc vox Græca.* Mihi vero non est suspecta, sed proba vox, quæ *vesci* significat. Hesych. Πατέοντο, ἐγεύοντο. sic enim legendum pro ἐγένοντο, recte monuit Guietus. Et heic idem esse quod γεύεσθαι, satis patet ex antecedentibus atque ex consequentibus. antea enim dixerat de Nomadibus Libybus, καὶ θηλέων τε βοῶν ὕτοι γευόμενοι. & postea, αἱ δὲ τῶν Βαρκαίων γυναῖκες ὐδὲ ὑῶν πρὸς τῇσι βυσὶ γεύονται. Vertenda igitur erant verba: *Sed nec Cyrenæorum mulieres fas sibi esse censent vesci bobus feminis.*

Cap. 190. ubi agitur de Nomadum domiciliis: Οἰκήματα δὲ σύμπηκτα ἐξ ἀνθερίκων ἐνερμένων περὶ σχοίνυς ἐστί. Int. *Domicilia eorum sunt virgultis compacta, suspensis circa lentiscos.* Melius vero, ni fallor, vertas: *Domicilia autem compacta sunt ex asphodeli caulibus junco aptatis.* Theocrit. *Idyll.* 1.

Αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκεσσι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν,
Σχοίνῳ ἐφαρμόσδων.

Sed ille ex asphodeli caulibus pulcram cicadis capiendis decipulam nectit, junco concinnans. ubi & ἀνθέρικες sunt *asphodeli caules*, non *virgulta*, ut vertit hic Valla. & σχοίνῳ ἐφαρμόζειν, quod Herodot. ἐνείρειν περὶ σχοίνυς, h. e. *innectere*

nectere vel *adaptare juncis*, non vero *suspendere circa lentiscos*. Emendandus hac occasione est locus apud Longum in *Pastor* lib. I. p. 9. Ἡ μὲν ἀνθερίσκες ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκροδιθήραν ἀνέπλεκε. pro ἀνθερίσκες legendum ἀνθερίκες; quam vocem ibi perperam reddidit Interpres *flosculos*, quasi esset diminutiva ab ἄνθ☉.

Lib. V. cap. 8. ubi agit Auctor de optimatum apud Thracas sepultura, præter alia, Χῶμα δὲ χέαντες, inquit, ἀγῶνα τιθεῖσι παντοῖον ἐν τῷ τὰ μέγιστα ἄεθλα τίθεται κατὰ λόγον μουνομαχίης. Valla: *Aggestoque de super tumulo, cum alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipue certa cum ratione monomachiam.* Parum accurate. non enim ἄεθλα expressit, nec κατὰ λόγον recte reddidit, *certa cum ratione.* Verte potius: *Aggesto autem tumulo, certamina omnis generis proponunt, in quibus maxima præmia proponuntur pro ratione singularis certaminis.*

Eodem lib. cap. 50. Ὁ δὲ Ἀρισταγόρης, τἆλλα ἐὼν σοφὸς, καὶ διαβάλλων ἐκεῖνον εὖ, ἐν τούτῳ ἐσφάλη. Valla: *Aristagoras, alioqui solers, & valde illum antecellens prudentia, in hoc tamen lapsus est.* At διαβάλλειν τινὰ, non est *antecellere aliquem prudentia*, sed *decipere & circumvenire*, ἐξαπατᾷν. Aristoph. *Avib.* p. 616. Διαβάλλεταί σ' ὁ θε☉. ubi Schol. ὅτι τῷ διαβάλλεσθαι χρῶνται ἐπὶ τοῦ ἐξαπατᾷν,

πατῶν, ὡς καὶ Ἄρχιππος ἐν Πλούτῳ, - - - τὸν γὰρ γέροντα διαβαλοῦμαι τήμερον, quod Comicus Latinus, *Senem hodie ludos reddam*, vel *ſeni fabricam fingam.* Et in *Eccleſ.* Διέβαλέ με ἡ γραῦς, *decepit me anus.* Hinc διάβολος eſt *homo fraudulentus.* Comicus eleganter conjungit πανουργότατον καὶ διαβολώτατον, *calliddiſſimum & ad fraudem acutiſſimum*, quæ duo etiam jungit Nepos in *Dione* cap. VIII. de Callicrate, *homo & callidus & ad fraudem acutus.* unde ὁ ὄφις ὃς Εὔαν ἐξηπάτησεν ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτοῦ, ut loquitur Apoſtolus in II. ad *Corinth.* XI. 3. κατ' ἐξοχὴν appellatur ὁ διάβολος.

Ibid. cap. 61. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες ὕστερον ὑπὸ Βοιωτῶν, ἀναχωρέουσι ἐς Ἀθήνας. Vertit valla: *Gephyræi autem poſtea in ſuſpicionem Bœotiorum cum veniſſent, Athenas commigrarunt.* Ad quæ verba notavit Stephanus, legiſſe Vallam ὑποπτευθέντες pro ὑπολειφθέντες. Equidem potius crederem, legiſſe eum ὑποληφθέντες, nam ὑπολαμβάνω etiam eſt *ſuſpicor.* Sæpius enim reperitur ὑποληφθεὶς à librariis poſitum pro ὑπολειφθεὶς, & vice verſa.

CAP.

Cap. VIII.

Ex Aristophanis Pluto quædam loca explicantur. Apollo quare Λοξίας *&* Παιὼν *sit cognominatus.* Λακεῖν *de Apolline oracula edente. Notatus Interpres.* Ἀνύειν, *pro impetrare. Interpretes Luciani castigantur. Vulgata Comici lectio in voce* ἰπνὸς *defenditur. Differentia inter verba* ῥιγόω *&* ῥιγέω *ostenditur.*

IN principio Fabulæ, quæ inscribitur *Plutus*, Apollo vocatur Λοξίας,

Τῷ δὲ Λοξίᾳ
Ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου.

Existimo, hoc nomen Apollini ob nullam aliam rationem dari, quam ob λοξὰ, obliqua & tortuosa ejus oracula: videmus enim tunc potissimum insigniri eum hoc nomine, quum de responsis ejus & oraculis agitur. Æschyl. *Prometh. Vinct.* p. 42.

Τοῖσιδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν.

Euripid. *Electra*, vers. 399.

Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι Χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ.

atque ita hoc loco, ubi sermo est de oraculis. Et ut Λοξίου nomen ipsi tribuitur ab oraculis, ita Παιᾶνος à *Medicina*, cujus Auctor etiam traditur. sic enim dicitur à παίω, *sano.* παιὼν est *medicus*. Schol. Comici nostri p. 68. ad hæc verba,

Ἀσκληπιοῦ παιᾶνος &c.

Παιὼν, inquit, ὁ καὶ παιήων, ὁ ἰατρὸς καὶ θεραπευτὴς τῶν νοσημάτων, καὶ γίγνεται ἐκ τῦ παίω, τὸ θεραπεύω. Plut. *Consol. ad Apollon.* p. 106 citat versum ex Poëta:

παιὰν ἰατρὸς μόλοις.

Hinc videmus, tum præcipue ita appellari Apollinem, quando agitur de medicis & de medicina. Pindar. *Pythion.* ubi laudat Jasonem, medicum optimum, dicens, ipsum Pæana medicinæ auctorem, illi dare testimonium honorificum,

Ἐσσὶ δ' Ἰατὴρ ἐπικαιρότατος,

Παιάν τέ σοι τιμᾷ φάος.

Apollon. IV. 1510.

Οὐδ' ἦν Παιήων - -

Φαρμάζῃ.

Lucian. *Dial. Jovis, Æscul. & Herc.* p. 208.

Ὥστε μηδὲ τὸν παίηονα ἰάσασθαί σε, τὸ κράνιον &c.

Hanc veram hujus ἐπιθέτε rationem esse nullus dubito, & Grammaticorum nugas de eo rejicio.

Pag. 6. Τί δῆθ' ὁ Φοῖβος ἔλακεν ἐκ τῶν στεμμάτων; Significat proprie λακεῖν, *crepare, sonitum edere*, ut apud Hom: λάκε δ' ὀςέα. Sed Tragici hoc verbum adhibent pro *loqui*, & quidem de Apolline oracula sonora voce edente. ut Eurip. *Oreste*, vers. 162.

Ἀ, ἀ, ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν

Ἔλακεν, ἀπόφονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι

Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε

Φόνον

Φόνον ὁ Λοξίας ἐμᾶς ματέρ☉.

ubi *Sch.* εἶπε. Idem iterum verf. 330.

ἂν ὁ Φοῖβ☉ Ἔλακεν, ἔλακεν.

Hefych. ἔλακεν, non male expofuit ἐφθέγξατο. Tragicum hoc verbum adhibet hic Comicus, ut leviter interim perftringat Euripidem, id quod paffim in fabulis fuis facere folet. Fallitur igitur vehementer Interpres, qui in notis ad hunc locum à λαγχάνειν fortiri, deducit hoc verbum.

Pag. 21.

Ἀλλ' ἢν τάλαντά τις λάβῃ τριακαίδεκα,
Πολὺ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν ἑκκαίδεκα.
Κἂν ταῦτ' ἀνύσῃ, τετλαράκοντα βέλεται.

Quid hic fit ἀνύειν, cognofci poteft ex oppofito, ἐπιθυμεῖν λαβεῖν, nimirum *impetrare* & *obtinere* quod quis cupit & rogat. Elegans ufus hujus verbi eft in hoc fignificatu, fed ad eum non femper attenderunt Interpretes. Occurrit apud Hefiod. in Ἔργ. p. 395.

- - καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς,

- - *& nihil obtineas*, vel *impetres.* non fatis accurate vertitur, *& nihil efficias.* Lucian. *Afin.* p. 112. κᾀκεῖν☉ ἐδὲν φροντίσας, εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμῦ, εἴτε καὶ μὴ, λαμβάνει τὸν μισθόν. ubi nec Benedictus, nec Bafileenfes recte ceperunt fenfum. Benedict. *Qui non curans, five aliquid, five nihil ex me faceret.* Bafileenf. *qui parum curans mei jacturum*, &c. Exiftimem ego,

ἀνύειν

ἀνύειν hic etiam *obtinendi* significatum habere, ἀνύειν τι ἐκ τινὸς, est *impetrare aliquid ab aliquo.* similis locus est in *Antholog.* quem etiam in *Thesauro* adduxit Stephanus, ἠνυσάμην τοῦτο ἐκ τῶν Μοιρῶν, *hæc impetravi à Parcis*, verterim igitur verba Luciani, *Et ille nihil curans, sive etiam obtineret illa aliquid à me, sive non, accipit mercedem.* Sic *perficere* Latinis est *obtinere.* Terent. *Eun.* Act. 1. Sc. 2.

Quam joco a me voluisti tandem quin perfeceris. Prorsus itaque cum Latino *perficere* convenit Græcum ἀνύειν, ut & cum Lat. *impetrare:* nam hoc verbum utramque etiam significationem habet. *obtinendi* significatio nota est, & passim occurrit. in *perficiendi* significatu est apud Plautum *Pæn. Incipere multo quam impetrare est facilius.*

P. 82. Ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος, *Caminus nobis repente factus est eburneus.* Sed Doct. Bentlejus in Notis ad Callim. *Fragmenta* p. 395. vocem ἰπνὸς mendosam esse existimat, & pro ea legit ἶπος, *muscipula.* atque ita scribendum docet tum auctoritate Pollucis, tum ipsius sententiæ caussa. Primo auctoritate Pollucis, qui l. X. c. 34. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ εἶπον τὴν μυάγραν καλεῖ. & frustra hanc vocem in hac fabula Pluti quæri. Secundo, ipsius sententiæ caussa, quia hoc pacto plus salis comici & plus ridiculi in se habet. Equidem ingeniosam esse

fateor

fateor hanc conjecturam, sed tamen antiquam lectionem præferendam ei censeo, nec movet me adeo Pollucis auctoritas, ut novam lectionem amplectar. Verum est, nusquam apud Aristoph. in hac fab. εἶπος vel ἶπος occurrere, sed procul omni dubio fuit hæc vox in secundo Pluto, scripsit enim Comicus noster duas fabulas hujus nominis, quarum altera est deperdita. Quod attinet ad secundum illud, quod ait V. D. hoc pacto plus salis comici & plus ridiculi in se habere sententiam, nescio an non altera illa lectio plus habeat ridiculi, cum dicit, caminus, qui antea erat ex vilibus lapidibus atra fuligine obductis, nunc ex pretioso ebore est, & candore nitet, vel si ἰπνὸς pro laterna sumas, sensus est, laterna quæ olim ex cornu, nunc ex ebore. Ad hæc accedit, quod vetus Sch. agnoscit etiam ἰπνὸς, & exponit τὸ μαγειρεῖον, ἢ ἡ καπνοδόχη, ἢ ὁ Φανὸς &c. quæ voces nihil minus quam *muscipulam* notant.

P. 85. Quærit Cario servus ex Justo, qui dixerat, se Deo consecraturum detritum palliolum,

Μῶν οὖν ἐμυήθης δῆτ' ἐν αὐτῷ τὰ μεγάλα;

Respondet Justus, 'Ουκ. ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τρισκαίδεκα. Observa, quod non dixerit ἐνερρίγησ' sed ἐνερρίγωσ'. Differentia enim est inter ῥιγέω & ῥιγόω. id quod docet Eustath. ad *Iliad.* Γ. Ῥιγῶ μὲν ῥιγώσω, ἐπὶ τοῦ κατὰ σῶμα πάθους ἐκ

κρύους

χρύους. Ῥιγῶ δὲ ῥιγήσω, ἐπὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν δέους. Adeo ut ῥιγέω ad *animum* referatur, significetque, *timeo*, *exhorresco*; ῥιγόω autem ad *corpus*. Notaverat hoc ipsum Thom. Mag. in voce Ῥιγέω. Sed locus plane corruptus est. Ῥιγέω, inquit ῥιγῶ, τὸ φοβοῦμαι, ὅπερ ἐστὶ ποιητικόν. Ὅμηρος ἐν μ' Ἰλιάδος,

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ. ἀλλ' ἐνερρίγωσ' ἔτη τρισκαίδεκα &c. Omissum ibi post versum Homeri verbum Ῥιγόω ῶ & ejus explicatio, *frigeo* nempe *corpore*, quam explicationem tum confirmat hoc exemplo Aristophanis. voluit enim Thomas idem quod Eustathius, differentiam indicare utriusque verbi.

CAP. IX.

Ad Lucianum quædam animadversa. Barlæus notatus. Ἀναῤῥιπίζειν. Ἐπιδαψιλεύεσθαί τινι πράγματι. *Interpres Luciani non semel reprehensus.* Ἧκειν παρά τινος. Ἐπαινεῖσθαι εἰς τὸ κάλλος. Συμβάλλειν. Λόγῳ μὲν, τὸ δ' ἀληθές. Δράκοντες *Parthorum signa milit.*

APud Lucianum in *Timone* pag. 69. Καὶ ἀναῤῥιπίσας τὸν κεραυνόν, ἢ ἐκ τῆς Οἴτης ἐναυσάμενος &c. Non putem cum Barlæo, verbum hoc in *vibrandi* significatu accipiendum: nihil enim aliud denotat proprie quam *ignem prope extinctum flatu exsuscitare*, quod Ælian. *Hist. Anim.* IX. 20. dixit ῥιπίδι ὑπερεξάψαι,

ψαι, alias ἀναζωπυρεῖν. Tranſlate Plut. in *Amatorio* p. 785. Τὸ ποιητικὸν καὶ μυσικὸν ἐξώρμησε καὶ ἀνεῤῥίπισεν. & Lucian. in *Gymnaſ.* p. 283. quare in verſione hujus loci pro *denuo vibrato fulmine*, ponendum erat, *fulmine flatu rurſus excitato*. In principio hujus Dialogi. pag 55. dixerat, extinctum eſſe fulmen Jovis: Τὸ δὲ ἀοίδιμόν σȣ, καὶ ἑκηβόλον ὅπλον, καὶ πρόχειρον, ȣκ οἶδ᾽ ὅπως τελέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐςι, μηδὲ ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικȣ́ντων διαφυλάττον.

In *Dial. Minois & Soſtrati* pag. 323. Εὖγε ὦ Μίνως, ὅτι καὶ ἐπιδαψιλεύῃ τῷ παραδείγματι. Interpr. *Bene eſt Minos, quod hæc etiam exemplo, quaſi quodam auctario locupletas.* Qui præcedentia legit, videbit, Soſtratum, qui quæſtionem propoſuerat, utrum, ſi quis ab alio coactus aliquem occiderit, reus habendus ſit cædis, an is, à quo coactus fuerit, addidiſſe exemplum hoc; Quum carnifex juſſu judicis, aut ſatelles juſſu tyranni aliquem vita privaverit, uter cædis reus agendus eſſet. Ad quæ reſpondet Minos, reum agendum eſſe judicem, aut tyrannum, & addit, ſiquidem neque ipſum gladium accuſare poſſumus: ſubſervit enim hic tanquam inſtrumentum explendo animo ejus, qui primus cauſſam præbuit. Ad ea jam Soſtratus: Εὖγε ὦ Μίνως &c. h. e. *Bene facis Minos, quod exemplo etiam corollarium*, ſive *auctarium*, *addis*.

addis. i. e. quod exemplo quo ego usus sum de judice &c. tu auctarium addis de gladio. Ita enim intelligenda sunt verba, & ea vis est phrasios, ἐπιδαψιλεύεσθαί τινι πράγματι, *superaddere quidpiam rei alicui*, *auctarium rei addere*. Vide Budæum in *Comment. L. Gr.* ubi exemplum è Synesio habet: Δέδωκε, καὶ εἰλήφαμεν, καὶ ἐπεδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως: *Ipse dedit* (documentum,) *nosque cepimus: Corollarium etiam addidit his sceleribus, ob quæ abdicatus fuerat.*

In *Reviviscent.* pag. 395. dicit Lucianus, se dum quæreret Philosophiam, incidisse in quosdam detritis palliolis amictos, barbasque promittentes, παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσι. quæ verba Latine reddita sunt, *qui se ad eam conferre dicebant.* At ἥκειν παρά τινος, non est *conferre se ad aliquem*, sed *venire ab aliquo.* Paullo post: καὶ ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, εἰς τὸ κάλλος ἔχαιρε. Distinctio quæ est post ἐραστῶν, ponenda est post κάλλος. ac vertendum: *Quumque laudaretur ab amatoribus ob pulcritudinem, gaudebat.* non expressit Interpres verba, εἰς τὸ κάλλος. Ceterum phrasis ἐπαινεῖν εἰς τὸ κάλλος, est etiam *pro Imagin.* p. 28. Ἐπαινεῖν μέν σοι εἰς τὸ κάλλος ἐφείσθω.

In *Hermotimo* pag. 532. rogat Lucianus, an etiam inveniretur aliquis, qui diceret,

ceret, bis duo facere septem vel undecim, respondet Hermotimus: --- --- μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτlαρα συμβαίνειν λέγων. quæ verba Interpres sine ullo sensu vertit: *Insaniret, qui quatuor non convenire diceret.* ubi sensus est: *Insaniret, qui non diceret, ea facere quatuor.* vel, *qui negaret ea esse quatuor.* Ita τὸ συμβαίνειν apud Arrian. *Exped. Alex.* l. v. cap. 19. Τό, τε μέγεθος ἐθαύμαζεν ὑπὲρ πέντε πήχεις μάλιστα συμβαῖνον: *Staturamque mirabatur, quæ erat supra quinque admodum cubitos.*

In *Harmonide* p. 588. Ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς &c. Int. *Itaque juxta proverbium in uno viro aleam jaciemus. ac revera perinde fuerit.* At λόγῳ non significat *juxta proverbium*, sed *verbo*, & opponitur ei, τὸ ἀληθές, *re ipsa.* Verte igitur locum. *Itaque verbo quidem super uno viro aleam jaciemus*; *sed re ipsa* &c. Sic in *Revivisc.* p. 393. Λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς ὑμᾶς. ubi rursus male Int. *meque oratione ob hoc florilegium commendant, imo vere vos ipsos* debuit: *verbo quidem me collaudant ob florilegium, re verò vos.* in *Timone p.* 72. dixit pro eo Lucian. οὕτωσι μὲν εἰπεῖν, & ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ.

In lib *de Conscrib. Hist.* p. 622. de insulso quodam Historico, qui tradiderat, Dracones, signa militaria Parthorum fuisse vivos dracones: ὥστε, inquit, τοὺς δράκοντας τῶν

Παρθυαίων, σημεῖον δὲ πλῆθυς τῦτο αὐτοῖς, χιλίυς γὰρ οἶμαι ὁ δράκων ἄγει ζῶντας δράκοντας, παμμεγέθεις εἶναι γεννωμένυς ἐν τῇ Περσίδι In epte iterum Interpres deceptus prava distinctione: *ut diceret, Parthorum dracones (signum autem hoc multitudinis est ipsis, mille enim dracones vivos draco producit) ingentes esse, & in Perside generari.* Tu distingue, ὥστε τὺς δράκοντας ἔφη τῶν Παρθυαίων (σημεῖον δὲ πλῆθυς τῦτο αὐτοῖς, χιλίυς γὰρ οἶμαι ὁ δράκων ἄγει) ζῶντας δράκοντας παμμεγέθεις εἶναι. & verte: *ut dracones Parthorum (signum autem hoc multitudinis apud eos est, nam mille, ut puto viros ducit) vivos esse dracones diceret insigni magnitudine, & in Perside generari.*

In *Ver. Hist.* l. 1. p. 658. Ὁυ μέν τοι ἔφθη συναῤῥάξαι τοῖς ὀδῦσιν, ἀλλὰ διὰ τῶν ἀραιωμάτων ἡ ναῦς εἰς τὸ εἴσω διεξέπεσεν. Contra mentem Luciani reddunt hæc verba: *at dentibus non confregit prius, quam per eorum raritatem intro navis decidisset.* Contra mentem Luciani, inquam, nam navis illa prorsus non fuit confracta, nec dentibus belluæ, nec in ejus ventre, sed integra iterum emissa, quando mortua erat bellua, ut videre est in principio lib. 11. *Ver Hist.* Voluit autem Lucianus his verbis indicare, os ejus belluæ & vacua inter dentes spatia adeo vasta fuisse, ut opus non esset dentibus prius confringere navim, & sic per partes eam absorbere, sed integram navim illæ-

illæſam per dentium raritates facile potuiſſe tranſire. Vertas igitur locum: *Non vero dentibus prius comminuit, ſed per eorum interſtitia navis in ventrem decidit.*

Cap. X.

Explicatur locus in II. ad Timoth. Epiſt. Verbum πιστεύειν *in depoſito uſurpatum Græcis pro fidei mandare. Eo reſpexiſſe Paulum in verbis,* οἶδα ᾧ πεπίστευκα, *eaque non vertenda, novi in quem credidi; ſed cui credidi, vel, cujus fidei mandavi ſc. animam meam, oſtenditur.*

IN II. *ad Timoth.* I. 12. Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παρακαταθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. In hoc verſu notari merentur verba illa emphatica Pauli Apoſtoli, οἶδα ᾧ πεπίστευκα. quæ Latine recte quidem redduntur, *novi, cui credidi*, ſed Belgice quando vertis, **Ik weet in wien ik geloooft hebbe**/ *Novi in quem credidi*, non omnino ſatisfacere videntur ſcopo Auctoris, quippe quum mox faciat mentionem de ſervando depoſito. quare τὸ πιστεύειν hoc loco non exiſtimaverim ſignificare *fidem habere*; ſed potius *fidei mandare* atque *committere*. Habet autem Græcum πιστεύειν æque ac Latinum *credere* utramque ſignificationem, & in *depoſito* præcipue uſurpare etiam ſolent Græci hoc verbum, uti docet Cl. Salmaſius libro de *Uſuris* cap. V. ubi adducit

cit locum ex Nicolao Damasceno de Indis: Παρ' Ἰνδοῖς ἐάν τις ἀποστερηθῇ δανείου ἢ παρακαταθήκης, οὐκ ἔστι κρίσις, ἀλλ' αὐτὸν αἰτιᾶται ὁ πιστεύσας: *Apud Indos non est actio ei qui deposito aut mutuo fraudatus sit, sed ipse sibi imputat qui credidit.* Addam ex Josepho unum aut alterum quem observavi locum. lib. I. cap. XVI. *Antiq. Jud.* Κόσμον τε φέρων γυναικεῖον πολυτελῆ πιστεύειν αὐτὸν οὐκ ἀσφαλεστέροις ἔφασκεν ἢ τούτοις &c. *Quumque afferret mundum muliebrem magni pretii, cum nullius fidei tutius se mandare dicebat, quam horum* &c. Idem lib. IV. *Antiq.* cap. ult. Παρακαταθήκην δὲ ὥσπερ ἱερόν τι καὶ θεῖον χρῆμα ὁ παραλαβὼν φυλακῆς ἀξιούτω. καὶ μηδεὶς ἀποστερῆσαι συνθείη τὸν πεπιστευκότα μήτε ἀνὴρ, μήτε γυνή. *Depositum autem tanquam sacram aliquam aut divinam rem, custodia dignum judicet is qui accepit, & nemo neque vir neque mulier defraudare constituat eum qui concredidit.* qui locus est insignis, & plurimum facit ad hujus nostri illustrationem, quippe in quo mentio fit & παρακαταθήκης & φυλακῆς & τοῦ πιστεύειν, pari modo, ut in hoc versu habemus & πεπίστευκα, & παρακαταθήκην, & φυλάξαι. Habet etiam πιστεύειν pro *committere* Herodian. I. 3. 9. μὴ ἑνὶ πιστεύειν τοσαύτην ἐξουσίαν, *non unius fidei committere tantam potestatem.* atque ita passim non tantum apud exteros, verum etiam apud sacros Scriptores. *Rom.* III. 2.

ἐπι-

ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, *concredita ipsis* (Judæis) *sunt oracula Dei*. 1. *Cor*. IX. 17. οἰκονομίαν πεπίστευμαι, *fidei meæ mandata est dispensatio*. *Galat*. II. 7. Ἐγὼ πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον, *Euangelium mihi commissum est*. Pro πιστεύειν etiam dicunt Græci παρατίθεσθαι & παρακατατίθεσθαι, unde nomen παρακαταθήκη, *depositum*, quod in hoc versu etiam occurrit, & subintelligi debet in τῷ, πεπίστευκα, τὴν παρακαταθήκην μου; *novi cui credidi depositum meum*, vel potius τὴν σωτηρίαν μου, sive, ψυχὴν, *animam meam*, vel *salutem animæ meæ*. Petrus Apostolus diceret, οἶδα ᾧ παρεθέμην τὴν ψυχήν μου. Hæc ejus est phrasis in 1. epistola cap. IV. vers. 19. Ὥστε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὡς πιστῷ κτιστῇ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ: *Quare etiam illi qui mala patiuntur secundum voluntatem Dei, tanquam fideli creatori committant animas suas in beneficentia*. Verba igitur Apostoli hoc in loco Belgice non putem sonare, **Ik weet / in wien ik geloofd hebbe /** sed, **Ik weet / wien ik het toevertrouwt hebbe.** Atque hæc expositio optime convenit cum antecedentibus: præcessit enim, Δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω· ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι, i. e. *ob quam caussam hæc* (vincula sc. aliaque mala) *patior*, *sed non pudet me eorum*, nec despondeo animum, quare? *quia novi illum quis sit*, *cujus fidei credidi animam*

meam, plane ut Petrus loco dicto monet eos, qui mala patiuntur, ut animas ſuas committerent Deo. Pariter cum conſequentibus optime convenit: ſequitur enim, *& certum atque exploratum habeo, ſervare eum poſſe hoc meum depoſitum in illuſtrem illum diem.*

Cap. XI.

Phraſes quædam ex Herodoto explicantur, verſioque ejus Latina variis in locis corrigitur. Βουλεύοντες οἱ γέροντες. Χθόνιος pro ὑποχθόνιος. Ἀραιρημένος. Ὅμοια τὰ μάλιστα. Ἀνασπᾶν & κατασπᾶν τὰς νέας. Ἀρχὴν οὐ.

APud Herodot. lib. vi. cap. 57. habetur, καὶ παρίζειν βουλεύουσι τοῖς γέρουσι. quæ verba imperite admodum ab Interprete ſunt translata: *& pro ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu.* cum ſignificent, *aſſidere ſenatoribus in conſilio.* Supra etiam dixit Auctor, βουλεύοντες οἱ γέροντες, & Xenoph. Κύρου Π. I. 28. οἱ βουλεύοντες γεραίτεροι.

Cap. 134. de muliere quadam natione Paria, Miltiadem conſilii inopem apud Parum alloquuta, poſtquam dixiſſet, nomen ei eſſe Τιμοῦν, addit, εἶναι δὲ ὑποζάκορον τῶν χθονίων θεῶν. quod Valla reddidit, *quæ eſſet indigenarum Deorum adminiſtra.* Verterim ego potius, *Inferarum Dearum æditaum.* nam χθόνιος apud Veteres idem ſæpe notat quod ὑποχθόνιος

νιος vel καταχθόνιος, ut Herodot. l. VII. cap. 153. ἱεροφάνται τῶν χθονίων θεῶν. Theocr. *Idyl.* B. verſ. 12.

τᾷ χθονίᾳ θ' Ἑκάτᾳ.

Inferæ Hecatæ.

Apollon. l. III.

Ὀξείῃ ὑλακῇ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο.

ubi χθόνιοι κύνες, quod Horat. *Sat.* 1. 8. *infernæ canes.* Heſiod. Ἔργ. 461. Εὔχεσθαι Διὶ χθονίῳ. vide ibi Cl. Græv.

Lib. VII. cap. 118. Ἀντίπατρος ὁ Ὀργέος ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος, ὅμοια τὰ μάλιστα ἀπέδεξε ἐς τὸ δεῖπνον τετρακόσια τάλαντα &c. Vertitur: *Antipater Orgis filius, elatus animo, vir inter populares illuſtris, erogavit in cœna quadringenta talenta.* at ἀραιρημένος non eſt *elatus animo*, ſed *delectus.* & ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν eſt, *è civibus delectus*, ut infra cap. 173. Εὐαίνετος ὁ Καρήνου τῶν πολεμάρχων ἀραιρημένος, *Euænetus Carini filius delectus ex polemarchis.* Præterea non expreſſa ſunt in verſione illa, ὅμοια τὰ μάλιστα, quæ loquutio Herodoto uſitata, pro qua alii, ἐν τοῖς μάλιστα, ita δόκιμος ὅμοια τὰ μάλιστα, eſt ἐν τοῖς μάλιστα δόκιμος, *quum maxime probatus.* Sic infra cap. 141. τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ὅμοια τὰ μάλιστα. quare in hoc loco diſtinctio poſt δόκιμος tollenda eſt, (pertinet, enim hæc vox ad ſequentia, ὅμοια τὰ μάλιστα:) & ponenda poſt ἀστῶν.

Cap. 188. ἀνασπάσαντες τὰς νέας. Valla, *revulsis navibus*. debebat, *subductis navibus*. significat enim ἀνασπᾶν τὰς νέας, quod Lat. *subducere naves*. Thucyd. l. IV. c. 9. καὶ τὰς τριήρεις, ἅιπερ ἦσαν αὐτῷ ἀπὸ τῶν καταλειφθεισῶν, ἀνασπάσας, & *triremes, quae ipsi relictae fuerant, subduxit*. Idem pro eo ἀνελκύειν τὰς ναῦς dixit lib. VI. cap. 44. καὶ τὰς ναῦς ἀνελκύσαντες. ubi Sch. ἦγον, ἐκ τῆς θαλάσσης εἰς τὴν ξηράν. iterum lib. VIII. cap. 11. καὶ ἐπενόησαν μὲν καταπαῦσαι τὰς ναῦς, ἔπειτα δὲ ἔδοξεν αὐτοῖς ἀνελκύσαι. & lib. VIII. c. 44. ἀνελκύσαντες τὰς ναῦς. ubi Schol. εἰς τὴν γῆν δηλονότι. Homerus ἐπ' ἠπείροιο ἐρύειν dixit *Iliad.* A.

Νῆα μὲν ὅιγε μέλαιναν ἐπ' ἠπείροιο ἔρυσσαν.
Ὑψῦ ἐπὶ ψαμάθοις.

contra κατασπᾶν τὰς νέας, *deducere naves*, pag. seq. apud Herodot. ubi rursus perperam habet Valla, *revulsis*. hoc Xenoph. Καθελκύειν dixit, *Hist. Gr.* l. I. in princip. Homerus, ἐρύειν νῆα εἰς ἅλα. *Iliad.* A. v. 141.

Νῦν δ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν.

Hesiod. Ἔργ. vers. 631.

-- νῆα θοὴν ἅλαδ' ἑλκέμεν.

Cap. 224. Ξέρξεώ τε δὴ δύο ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι, μαχεόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγένετο πολλός. εἰς ὃ τοῦτόν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν, καὶ ἐτρέψαντο τοὺς ἐναντίους τετράκις. Valla: *Hi duo Xerxis fratres super cadaver Leonidae pugnantes*

pugnantes occubuere, adeo vehementi Persarum Lacedæmoniorumque conflictu, ut Græci ter (quater) *hostibus in fugam versis, cadaver Leonidæ virtute subtraxerint.* Ego sic distinguo: Ξέρξεω τε δὴ δύο ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι μαχεόμενοι. Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω Περσέων τε καὶ Λακεδ. &c. & verto: *Xerxis vero duo fratres illic pugnantes cadunt. De Leonidæ cadavere ingens Persas inter & Lacedæmonios fuit conflictus, usquedum illud virtute subtraxerint Græci, adversariosque suos quatuor vicibus in fugam verterint.*

Lib. VIII. cap. 128. Ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἶπαι. Distinguie, ὅντινα μὲν τρόπον, ἀρχὴν ἔγωγε οὐκ &c. & verte, non ut Valla, *incertum mihi quonam modo ab initio.* sed, *quonam modo, prorsus ego dicere nequeo.* Frequentissime errant Interpretes in voce ἀρχὴν, vertentes *ab initio*, cum sit *omnino* vel *prorsus.* supra lib. III. cap. 39. Ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας, διακρίνων οὐδένα, τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον ἀποδιδοὺς τὰ ἔλαβε, ἢ ἀρχὴν μηδὲ λαβών: h. e. *Omnes ferebat atque agebat sine discrimine: nam amico se magis gratificaturum dicebat, si redderet quæ cepisset, quam si plane non cepisset.* Valla postrema reddidit: *quam si nihil adhuc auferret.* Stephan. *quam si nihil ab initio abstulisset.* uterque male. Eundem errorem sæpius erravit Luciani Interpres. Ex. Gr. in *Cataplo.* p. 437.

Ἀρ-

Ἀρχὴν δὲ ὔτε οἶδα, εἰ τετράγωνόν ἐστιν ὀβολὸς ἢ στρογγύλον. h. e. *Prorsus nescio, quadratusne an rotundus sit obolus.* non vero, *Principio ne novi quidem*, uti habet versio. in *Saltat.* pag. 785. ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὁμολογεῖν. i. e. & *nequaquam fatearis.* ubi iterum Int. *nec initio fatearis.* in *Parasito* p. 252. Ἀρχὴν γάρ φημι μήτε εἶναι τέχνην, *prorsus nego esse artem*, male & ibi, *a principio.* pag. seq. Ἀπόδειξις μεγίστη τῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι τῦτο, ὗ μία κατάληψις ὐκ ἔστι. Vertuntur hæc: *Certissimum est documentum, ne hoc quidem esse principium, cujus una perceptio non est.* Sensus est: *Maxima est demonstratio ejus, quod omnino non sit hoc, cujus ne una est perceptio.* Thucyd. lib. IV. cap. 98. ὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἐσελθεῖν ἐπὶ τῦτῳ, ubi etiam accuratus non est Interpres.

CAP. XII.

Ex Aristophanis Nubibus loca quædam illustrantur. Ἀπίρατοι & ἀπίραντοι *dicitur.* Χρήσασθαι *pro fænerari.* Ἐνεχυράζεσθαι χρήματα *quid.* Φροντιστήριον *de schola Socratis.* Φροντιστὴς κατ' ἐξοχὴν *dictus Socrates.* Ἀναμετρεῖν *pro* διαμετρεῖν. Κόνωπες, ἐμπίδες *quid. Artemidorus emendatus.*

IN principio Fabulæ Aristoph. cui titulus Νεφέλαι, exclamat Strepsiades, qui præ gravi ære alieno quo obrutus erat, dormire non poterat;

Ἰὺ ἰὺ.

Ω Ζεῦ

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον
Ἀπέρατον; οὐδέποθ' ἡμέρα γενήσεται;

Ubi vetus Schol. de voce Ἀπέρατον, dicit significare μέγα, ὃ πέρας οὐκ ἔστιν. οἱ δὲ ἀπέραντον μετὰ τοῦ ν γράφοντες, ἁμαρτάνουσι. Errare eos ait qui vocem ἀπέραντον cum litera ν scribunt. Sed tamen passim ita occurrit etiam apud antiquiores. Æschyl. *Prometh. Vinct.* p. 64.

Εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης
Ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας.

Thucyd. l. IV. c. 36. Ἐπειδὴ δὲ ἀπέραντον ἦν. Ceterum quemadmodum hic de longa nocte queritur Strepsiades, ita Sosia apud Plautum in *Amphitr.* I. I.

Neque ego hac noctelongiorem me vidisse censeo. - -
Credo ædepol equidem, dormire solem atque appotum probe.

Nec mirum, Strepsiaden hunc noctes insomnes ducere: hoc enim evenire solet iis, qui in magno ære alieno sunt. apud Plautum in *Menæchmis*, rogat medicus Menæchmum, *Perdormiscin' usque ad lucem?* respondet Menæchmus, *facilin' tu dormis curans? Perdormisco, si resolvi argentum cui debeo.*

Paullo post p. 123. Idem:

Φέρ' ἴδω τί ὀφείλω. δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ.
Τοῦ, δώδεκα μνᾶς Πασίᾳ! τί ἐχρησάμην
Ὅτ' ἐπριάμην τὸν Κοππατίαν, οἴμοι τάλας.

Vertit

Vertit Interpres, τί ἐχρησάμην; *at in quem usum?* Malim ego, *quid fœneratus sum?* nam ut χρῆσαι præter alia significat δανείζειν, *mutuare*, & *fœnori dare*, sic χρήσασθαι, *fœnori accipere*, hinc χρήστης *fœnerator*, infra, pag. 137.

Ὑπὸ γὰρ τόκων, χρηστῶν τε δυσκολωτάτων
Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.

Nam ab usuris & fœneratoribus difficillimis
Agor, ferorque, & bona mea pignoribus captis diripiuntur.

Sic enim ultima verba reddenda sunt, non, ut Interpres, *& bona mea misere oppignero.* nam ἐνεχυράζεσθαι dicitur debitor, à quo non solvente pignora capiuntur, uti optime docuit Salmasius de *Modo Usurarum*, cap. 13. Ceterum miseram suam sortem hic conqueritur Strepsiades, quod equis alendis substantiam suam dilapidaverat, id quod etiam evenerat Pasiæ illi, cujus apposite facit mentionem. Equos enim alere sumtuosum est. apud Lucian. *Timon.* p. 104. docet Plutus, male parta male dilabi, ea quæ multis rapinis & flagitiis corrasa sunt, aut scortis aut equis alendis dissipari solere, ἢ εἰς πορνίδιον ἐμπεσὼν, inquit, ἢ ἱπποτροφίας ἐπιθυμήσας. Optime igitur monet Plut. *de Vitando Ære alieno.* p. 828. Μηδὲ σοί γε ἱπποσύνας τε μέλειν, μηδὲ ὀχήματα ζευκτὰ κερασφόρα καὶ κατάργυρα, ἃ τόκοι ταχεῖς

χεῖς καταλαμβάνουσι καὶ περιτρέχουσιν, ἀλλ' ὅνῳ τινὶ τῷ τυχόντι καὶ καβάλλη χρώμενος, φεῦγε πολέμιον καὶ τύραννον δανειστήν.

Pag. 128. ubi Strepsiades cum filio suo ad scholam Socratis veniens, dicit ei:

Ψυχῶν σοφῶν τοῦτ' ἐστὶ φροντιστήριον.
Ἐνταῦθ' ἐνοικοῦσ' ἄνδρες - - -
Οὗτοι διδάσκουσ' ἀργύριον ἤν τις διδῷ
Λέγοντα νικᾷν καὶ δίκαια κἄδικα.

Primo non sine morsu dixit Comicus ψυχῶν pro ἀνθρώπων, quia Socrates animam hominem esse disputavit. Secundo φροντιστήριον vocat Scholam Socratis, ubi ille discipulis suis meditationes & cogitationes suas explicabat, ἀπὸ τοῦ φροντίζειν. Hesych. φροντιστήριον, διατριβὴ καὶ τὸ οἴκημα Σωκράτους, καὶ τὸ σχολεῖον. hinc Socrates φροντιστὴς appellatus. Xenoph. in *Symp.* Ἆρα σὺ, ὦ Σώκρατες, ὁ φροντιστὴς ἐπικαλούμενος. *Galen.* Αἱ γὰρ διανοήσεις ὀνομάζονται φροντίδες, ὅθεν καὶ τὸν Σωκράτη φροντιστὴν ἐκάλουν, καὶ φροντίδας τὰ σοφὰ βουλεύματα τ' ἀνδρὸς ὠνόμαζον. Hinc paullo post Socratem ejusque discipulos appellat Μεριμνοφροντιστάς. quum interrogasset filius, quales illi essent homines. Οὐκ οἶδ' (inquit pater) ἀκριβῶς τοὔνομα. Μεριμνοφροντισταὶ, καλοί τε κἀγαθοί. Porro cum dicit, Οὗτοι διδάσκουσ' ἀργύριον ἤν τις διδῷ, hæc est calumnia; nam Socrates pecuniam nunquam accipiebat à discipulis suis, quoniam nihil se scire dicebat. Laërt. l. II.

l. II. Segm. 27. Μισθόν τε ȣ̓δένα εἰσεπράξατο. Socrates ipſe apud Platon. in *Apolog*. p. 359. Οὐδέν᾽ εἴ τινος ἀκηκόατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους, καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθὲς &c. Xenoph. *Apol. pro Socr*. pag. 706. Εὐεργέτουν δὲ τοὺς ἐμοὶ διαλεγομένους, προῖκα διδάσκων ὅ, τι ἐδυνάμην ἀγαθόν. Idem *Memor*. l. I. Τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα.

P. 131. Perſtringens philoſophos, eorumque quæſtiones vanas, futiles, nulliusque momenti.

Ἀνήρετ᾽, inquit, ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης
Ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὐτῆς πόδας.

Ad hunc locum reſpexit Lucianus loquens de Comœdia in *Prometh. Apol.* Ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα, καὶ Νεφέλαις ξυνόντας, ἄρτι δὲ ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας &c. ut & Xenophon *Symp*. p. 892. ubi Syracuſanus ille, - - ταῦτα μὲν, ἔφη, ἔα· ἀλλ᾽ εἰπέ μοι, πόσους ψύλλα πόδας ἐμοῦ ἀπέχει. ταῦτα γάρ σέ φασι γεωμετρεῖν.

Pag. ſeq. - - ἀνεμέτρει τὸ χωρίον. Ἀνεμέτρει dixit Auctor pro διεμέτρει. Euripid. Schol. p. 47. *edit. Ox.* Ἀναμέτρει (leg. Ἀνεμέτρει) τὸ χωρίον παρ᾽ Ἀριστοφάνει ἀντὶ τοῦ διεμέτρει.

Paullo poſt in eadem pag. ſequitur:

- - τὰς ἐμπίδας
Καλὰ τὸ στόμ᾽ ᾄδειν.

Grammatici Gr. Ἐμπὶς, ὁ ἐν τοῖς ὕδασι κώνωψ.

v. etiam.

v. etiam Sch. Comicus noster in *Lysistr.* p. 900. etiam meminit:

Ἦ μέγ' ὦ Ζεῦ χρῆμ' ἰδεῖν τῆς ἐμπίδος ἔνεςί σοι.
Οὐχ ὁρᾷς; ἐκ ἐμπίς ἐςιν ἥδε Τρικορυσία;

ubi recte Bisetus è Suida: Ἐμπὶς κώνωψ, ἢ εἶδος ζώου περὶ τοῖς ὕδασι γινόμενον, ὅμοιον κώνωπι, μεῖζον δέ. Distinguitur etiam à κώνωπι apud Lucian. in *Muscæ Encomio* p. 372. Ἡ μυῖα ἐστι μὲν οὐ σμικρότατον τῶν ὀρνέων, ὅσον ἐμπίσι καὶ κώνωψι καὶ τοῖς ἔτι λεπτοτέροις παραβάλλειν: *Musca est quidem volucrum non minima, si cum empidibus & culicibus aliisque tenuioribus comparetur.* & apud Artemid. *Oneir.* l. III. pag. 168. Κώνωπες καὶ αἱ λεγόμεναι ἐλπίδες. Interpres Cornarius posteriora non reddidit. In voce ἐλπίδες manifestum est vitium. legendum ἐμπίδες. verte igitur: *Culices, & quæ empides* vel *muliones vocantur.*

CAP. XIII.

Lucianus aliquoties illustratus, ejusque Interpretes notati. Quid ἀναδέχεσθαι. Σταθμοὶ καὶ παρασάγγαι. Καμικὸν δορυφόρημα.

Lucian. p. 142. de rebus adeo arduis, inquit ibi Momus, instituitur consultatio, ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι προκεῖσθαι τὸν λόγον. quorum verborum sensum non sunt assequuti Interpretes, quorum alter, *ut in ea non ætatis, sed communis omnibus bonis ratio*

E pro-

proponatur. alter, *ut non ætatis respectu, sed communis utilitatis servandæ gratia omnibus quoque sermo sit propositus.* Sensus est: *Ut non ætatis ratio haberi debeat, sed omnes communiter sententiam suam dicere oporteat.* Eodem modo quo Mnesiphilus apud Plut. *Conviv. 7. Sapient.* p 154. Ἐγώ τοι ὦ Περίανδρε, τὸν λόγον ἀξιῶ καθάπερ τὸν οἶνον μὴ πλουτίνδην μηδὲ ἀριστίνδην, ἀλλ' ἐξ ἴσου πᾶσιν ὥσπερ ἐν δημοκρατίᾳ νέμεσθαι καὶ κοινὸν εἶναι.

P. 144. Ἀναδέξεσθε δὲ, ἐι μὴ ἔμμετρα λέγοιμι. Insulse Interpretes, quorum alter, *Quod caperetis, nisi carmine responsum darem.* alter, *Suscipietis vero haud dubie, nisi versiculis inclusum oraculum protulero.* Sensus est, *Recipietis autem in vos, si non metro constant justo quæ dicam.* q. d. si jam non pedibus suis constent carmina, quæ proloquar, si vitiosa sint, culpa non erit in me, quia ego præmonui, me solitis instrumentis meis hic destitutum esse, sed in vobis erit culpa. Elliptice dixit, Ἀναδέξεσθε pro ἀναδέξεσθε εἰς ὑμᾶς τὴν αἰτίαν. quemadmodum in *Parasito* p. 24. ἀναδεχομένην εἰς αὑτὴν τὰς αἰτίας.

Apud eundem in *Icaromenippo* pag. 186. Ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμούς τινας καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος. Ad quem locum ὁ πάνυ Grævius adnotavit, rectius jungi σταδίους & παρασάγγας, quam σταθμοὺς & παρασάγγας. Moveret me viri Eruditissimi Auctoritas,

ctoritas, ut in eandem cum ipso sententiam condescenderem, nisi σταθμοὺς sæpe alibi cum παρασάγγας junctos offendissem apud Græcos. Frequentissime apud Xenophontem in lib. 1. Ἀναβ. Immo etiam in alio loco ab Luciano hæc duo juncta reperiuntur, sc. in lib. *de Conscr. Hist.* pag. 618. Τὸ δὲ καὶ περὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς ψεύδεσθαι οὐ παρασάγγας μόνον ἀλλὰ καὶ σταθμοὺς ὅλους: *At vero in descriptione locorum mentiri non parasangas modo sed totos etiam stathmos.* Alex. ab Alex. *Gen. Dier.* lib. 11. cap. 20. *Sed præter hæc*, inquit, *fuerunt parasanga & stathmus. hanc parasangam multi ex triginta conficiunt stadiis, stathmum vero quatuor parasangas pene conficere &c.*

Pag. 192. dicit Menippus, quosdam esse Philosophos, qui Deos haberent solummodo tanquam κωμικὰ δορυφορήματα. οὐδὲν γὰρ, inquit, ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασι ἐοικότας αὐτοὺς εἰσάγουσι. Ad quem locum Palmerius durum sibi videri ait, dixisse Lucianum κωμικὸν, non vero τραγικὸν, quia δορυφόροι sunt Regum, Tyrannorum &c. qui in scenam Tragicam semper inducuntur, nunquam vero in Comicam, & tandem censet, Lucianum hic potius καταχρηστικῶς *comœdiam* pro *tragœdia* dixisse. At sciendum est, δορυφόρους non semper de Regum satellitibus dici, verum sæpe etiam abusive de quibusvis comitibus

qui alios comitantur. unde δορυφορεῖν ſimpliciter pro *comitari*. exempla ſunt apud Ælian. *Hiſt. Anim.* alioſque. unde etiam commode in Comœdia δορυφορήματα dicuntur illæ perſonæ, quæ alias perſonas comitantur, iiſque adſtant in ſcena, nihil loquentes, nihil agentes, quæ alio nomine κωφὰ πρόσωπα, *perſonæ mutæ* vocantur. & haſce intelligit Auctor per κωμικὰ δορυφορήματα Optime ergo Schol. ad hunc locum: Δορυφορήματα καλεῖται παρὰ τοῖς Κωμικοῖς τὰ κωφὰ πρόσωπα, ἅτινα συνεισέρχεται μὲν τοῖς κωμῳδοῦσιν, αὐτὰ δὲ οὐδὲν διαλέγεται καθάπερ οἱ ἄλλοι. Eleganter autem dicit Lucianus, Philoſophos quoſdam aſſimilare Deos *perſonis mutis*, quia cenſent Deos non curare res humanas, nihil in mundo agere, ſed quietos ſe tenere, audientes & videntes omnia quæ ab homibus peragantur.

Cap. XIV.

Exponitur locus in 1. *ad Corinth. Epiſt. & probatur, phraſin eſſe bonam* τί ἐμοὶ καὶ κρίνειν; *ſed ellipticam, & deeſſe* διαφέρει, *vel* προσήκει, *vel* μέλει.

1. COr. V. 12. Τί γάρ ἐμοὶ καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρίνει. *Quid enim mihi & eos qui foris ſunt judicare? an non eos qui intus ſunt vos judicatis? eos vero qui foris ſunt, Deus judicat.* De hujus loci lectione & verborum,

rum, τί γὰρ ἐμοὶ καὶ κρίνειν, syntaxi, quasi omni exemplo carente, dubitare video Eruditissimos Viros, qui ideo aliam lectionem instituere volunt. Sed quoniam nihil juvant MSta & vetusta Exemplaria, servare equidem mavelim lectionem vulgatam, quæ sana satis, & commodam pati interpretationem mihi videtur. Significat autem, τί γάρ ἐμοὶ καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν, nihil aliud, quam *quid ad me, judicare etiam eos qui foris sunt?* q. d. eos qui extra Ecclesiam sunt judicare meum non est. estque ἐλλειπτικὴ hæc loquutio, τί ἐμοὶ, quæ suppleri debet verbo διαφέρει, vel προσήκει, vel μέλει. *Hesych.* Τί ὑμῖν διαφέρει, τί ὑμῖν μέλει. Sic plene dixit Plato lib. I de *Rep.* Τί ἐμοὶ τοῦτο διαφέρει; *Quid hoc mea refert?* Eurip. *Ion.* vers. 433.

- - τί μοι
Μέλει; προσήκει μ' οὐθέν.

- - *quid ego*
Hoc curo? ad me nihil attinet.

Elliptice vero Idem eadem Fabula vers. 286. ubi Creusa,

Τί μοι; ὡς μή ποτ' ὄφελον σφ' ἰδεῖν;

Quid hoc ad me? utinam nunquam illum locum aspexissem! Tatian. *Orat. ad Græcos*, Sect. LV. Τί μοι - - γύναιον; *Quid ad me muliercula?* At objiciet mihi forsan aliquis, valere quidem hæc exempla ad probandum, Ellipticam esse phrasin τί ἐμοὶ, & sup-

plendam per hujusmodi verbum; sed necdum sufficere ad probandum, integram loquutionem Pauli esse probam. desiderari exemplum aliud, in quo non modo τί μοι, sed etiam sequatur conjunctio καὶ cum verbo infinitivi modi. Ut ejus desiderio faciam satis, apponam exemplum plane simile ex Tatiani *Orat. ad Græcos* Sect. XL. Τί μοι καὶ τεθηπέναι τὸν μυθικὸν αὐλητήν; Τί δέ μοι καὶ, κατὰ Ἀριστόξενον τὸν Θηβαῖον, Ἀντιγενίδην πολυπραγμονεῖν; *Quid mea refert mirari fabulosum illum tibicinem? Quid mea refert, Aristoxeni ad instar curiosius inquirere, quis & qualis fuerit Antigenides Thebanus?* En simili prorsus ratione qua Paulus, Τί ἐμοὶ καὶ κρίνειν; bis dixit Tatianus. Τί μοι καὶ τεθηπέναι; Τί μοι καὶ πολυπραγμονεῖν; Concludo itaque, lectionem vulgatam in loco Pauli esse veram, constructionem satis probam, nihilque in ea inesse duri, ac propterea sine ulla mutatione esse servandam.

CAP.

Cap. XV.

Lux affuſa locis quibuſdam in Ariſtophanis Nubibus. Cur τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι *dixerit potius Comicus, quam* τρέμω καὶ φοβῦμαι. Ἐρία πεπταμένα. Ἀλλ' ὐδ' ὥς. Ἀλλὰ καὶ ὥς. Περιδίδοσθαι, *dare pignus. Socrates quare Melius appellatus. Palmerius notatus. Interpres Comici aliquoties reprehenſus. Quinam proverbialiter dicti,* λίθοι, ἀριθμὸς, πρόβατα, ἀμφορῆς νενασμένοι.

IN *Nubibus* Ariſtophanis pag. 141. inquit Strepſiades:

> Καὶ σέβομαι γ' ὦ πολυτίμητοι, καὶ βύλομαι ἀνταποπαρδεῖν
> Πρὸς τὰς βροντάς. οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι.

Notari dignum eſt, quod non dixerit τρέμω, ſed τετρεμαίνω, de induſtria verbo ita extenſo & producto, in quo bis occurrit conſona τ, ſemel ν, quæ linguales literæ, uſus, ut linguæ ſuæ trepidationem ſignantius exprimeret. Similiter elegit præteritum πεφόβημαι, ut labiorum tremorem quam maximum indicaret: nam quatuor hujus verbi ſyllabæ ſingulæ à litera incipiunt labiali. Sic ſolebant veteres præſertim Comici & Tragici artificioſe admodum literas dictioneſque adhibere, quarum ſonus rei de qua loquebantur naturam & indolem aptiſſime exprimebat. Ita inferius in hac Fabula lamentans Strepſiades, à

cimicibus vehementer infestatus, multa in una periodo usurpat verba, in quibus sunt diphthongi αι & ου, quibus gravis dolor & gemitus commodissime exprimitur. pag. 167.

Ἀπόλλυμαι δείλαιος, ἐκ τοῦ σκίμποδος
Δάκνουσί μ' ἐξέρποντες οἱ Κορίνθιοι,
Καὶ τὰς πλευρὰς δαρδάπτουσι,
Καὶ τὴν ψυχὴν ἐκπίνουσι,
Καὶ τοὺς ὄρχεις ἐξέλκουσι,
Καὶ τὸν πρωκτὸν διορύττουσι,
Καί μ' ἀπολοῦσι.

Similiter apud Euripidem in *Hecuba* vers. 1170. Polymestor à mulieribus excoecatus lamentatur; ἐμῶν γὰρ ὀμμάτων
Πόρπας λαβοῦσαι, τὰς ταλαιπώρους κόρας
Κεντοῦσιν, αἱμάσσουσιν.

Pag. 146. interrogat Socrates discipulum, quales essent Nubes. respondet ille:
Οὐκ οἶδα σαφῶς, εἴξασιν ἐρίοισι πεπταμένοισιν.
vertunt: *Nescio certum: at similes floccis volitantibus esse videntur.* At parum accurate ἐρία πεπταμένα vetuntur *flocci volitantes.* sunt, nisi fallor, *lanæ extensæ, explicatæ, expansæ.* à πετάω, πτάω, πέπτακα, πέπταμαι. Hesych. Πέπταται, ἥπλωται. Idem Ἀναπεπταμένας, ἀναπεπτασμένας.

P. 157. Ἀλλ' οὐδ' ὣς ὑμῶν ποθ' ἑκὼν προδώσω τοὺς δεξιούς. Int. *Non ut vos volens prodam bonos.* perperam. reddendum enim erat: *Sed neque sic bonos ex vobis unquam volens prodam.* vocula enim

enim ὡς in hac formula ſignificat *ſic*. Homer. *Iliad.* A verſ. 116.

Ἀλλὰ καὶ ὣς ἐθέλω δόμεναι πάλιν

Sed etiam ſic (in hoc rerum ſtatu) *volo eam reddere.*

Iliad. Π. verſ. 363. Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε· *ſed etiam ſic perſtitit.* immo tres hæ voculæ, ἀλλ' ὐδ' ὣς eodem ſenſu occurrunt apud Homerum, *Odyſſ.* B. verſ. 23.

Ἀλλ' ὐδ' ὣς τῦ λήθετ' ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων.

Sed neque ſic ejus oblitus erat lugens & dolens.

Senſus hic apud Comicum eſt: Sed licet inique adeo judicatum ſit à quibuſdam veſtrum de meo dramate; nunquam tamen bonos & ſapientes ex vobis prodam & negligam.

Pag. 164. Περίδυ νῦν ἐμοι, inquit Strepſiades ad Socratem. Non ſignificat περίδυ, *circumſpice*, quaſi eſſet à περιδέσθαι. ſed *da pignus*, ut loquitur Plautus in *Pœnulo.* qua phraſi expreſſit ille hoc Comici noſtri περίδυ, quod à περιδίδοσθαι, quo verbo uſi ſunt veteres pro *ſponſionem facere*, ut apud Hom. *Iliad.* XXIII.

Δεῦρο νῦν ἢ τρίποδος περιδώμεθον ἠὲ λέβητος.

Odyſ. XXIII. Ἀλλ' ἔπευ, αὐτὰρ ἐγὼν ἐμέθεν περιδώσομαι αὐτῆς.

Heſych. Περίδυ, σύνθυ. Idem Περίδοσιν, συνθήκην interpretatur.

Pag. 173. - - Σωκράτης ὁ Μήλιος,

Καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη.

Socratem Comicus appellat Melium, quum tamen esset Atheniensis. sed hoc ideo facit, ut significaret, eum esse Atheum & impium, qualis fuit Diagoras ille Melius, de quo veteres passim ut de Atheo loquuti fuerunt. Cum morsu aliquo sic igitur vocat Socratem, proinde ac si nihil melius de Diis sentiret ille, quam Diagoras Melius. Sed tamen ab impietate longe afuisse Socratem, abunde docuit Elegantissimus Menagius ad Laërtium. Verum silentio præterire nequeo, quod Palmerius aliter interpunxerit hæc verba, ponendo scilicet distinctionem post Σωκράτης, ut per ὁ Μήλιος non designetur Socrates, sed Diagoras, quia viri noti sæpe a patria denominantur, omisso proprio nomine. Qua in crisi assentiri Viro Docto minime possum. Primo, quia non videtur verisimile, Aristophanem, quum tres viros designare vellet, ex illis duos propriis appellasse nominibus, unum vero à patria. Secundo, quia Strepsiades non ex Diagora, sed ex Socrate ejusque discipulis audiverat, quod Δῖνος ἀντὶ τοῦ Διὸς, *Turbo pro Jove* regnaret. sic enim cohærent verba:

Στρ. Ὁρᾷς οὖν ὡς ἀγαθὸν τὸ μανθάνειν;
Οὐκ ἔστιν ὦ Φειδιππίδη Ζεύς. Φει. ἀλλὰ τίς;
Στρ. Δῖνος βασιλεύει τὸν Δί' ἐξεληλακώς.
Φει. Αἰβοῖ τί ληρεῖς; Στρ. ἴσθι τοῦθ' οὕτως ἔχον.

Φει.

Φει. Τίς φησι ταῦτα; Στρ. Σωκράτης ὁ Μήλιος
Καὶ Χαιρεφῶν.

Accedit, quod Stephanus *de Urbibus*, in Voc. Μῆλος, quum dixisset, Μῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων &c. addit, Μήλιος ὁ πολίτης, Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης παρ' Ἀριστοφάνει. innuit Stephanus hunc ipsissimum Comici locum.

Pag. 187. Strepsiades numerans dies,
Πέμπτη, inquit, τετρὰς, τρίτη, μετὰ
ταύτην δευτέρα.

Non intellexit hunc numerandi modum Atticum Interpres, dum ita reddidit: *Enquinta, quarta, tertia, secunda.* debebat, *Vigesima sexta, septima, octava, nona.* Consueverunt enim Attici dies φθίνοντος μηνὸς, h. e. tertiæ decadis, retro, sive minuendo numerare, quia ad Lunæ cursum numerabant, cujus à vicesimo primo lumen minuitur, quemadmodum docuerunt Eruditissimi Interpretes ad Æliani *Var. Hist.* lib. III. cap. 23. & Scholiastes ad hunc Aristoph. locum aperte: - - ὥστε ἡ μὲν εἰκοστὴ ἕκτη παρ' αὐτοῖς πέμπτη ἀκούει, ἡ δὲ εἰκοστὴ ἑβδόμη, τετρὰς λέγεται.

In eadem Fab. pag. 191. - - ὄντες λίθοι,
Ἀριθμὸς, πρόβατ' ἄλλως, ἀμφορῆς νενασμένοι.

His nominibus lepide Comicus, ut solet, & proverbialiter appellat turbam spectatorum ignobilium, stupidorum, vilium & inertium hominum. Prima voce λίθων per proverbium desi-

designantur homines *ſtupidi*. Lucian. *Dial. Mer.* pag. 546. λίθος, οὐκ ἄνθρωπος εἶ Terent. *Heaut.* v. 1. *Quid ſtas lapis?* Secunda ἀριθμοῦ appellantur *homines idiotæ, turba ſine nomine ac dignitate*, ut Latine etiam *numerus*. Horat. lib. 1. *Ep.* 11. verſ. 27.

Nos numerus ſumus & fruges conſumere nati.

Euſtath. ad *Iliad.* B. Ἔστι δὲ ὅτε ὁ ἀριθμὸς καὶ ἐπὶ οὐδαμινότητος λαμβάνεται, ὡς ὅτε κωμικὸς λέγει, ὅτι οἱ θεαταὶ ἀριθμὸς ἄλλως εἰσιν, ἤτοι πλῆθος μόνον. Euripid. *Troad.* verſ. 476.

Οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν.

vide Barneſ. etiam ad Eurip. *Helen.* verſ. 1695. Tertia voce προβάτων ſignificantur *ſtolidi & vecordes*. Noſter in *Pluto.* pag. 91.

- - Ἀλλὰ προβατίου βίον λέγεις.
Εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ.

& in *Veſpis*: Ἐκκλησιάζειν πρόβατα συγκαθήμενα. Plaut. *Bacchid.* *Quis has huc oves adegit?* id eſt, ſenes ſtultos. Quarta denique ἀμφορέων νενασμένων, *inutiles ac nullius pretii homines* innuuntur. Sunt autem proprie ἀμφορῆς νενασμέναι, non *amphoræ vino repletæ*, uti perperam habet Interpres; ſed *amphoræ coacervatæ*, κέραμοι σεσωρευμένοι, ut recte interpretatus eſt Suidas, quales ſcilicet in taberna figulina cernuntur ollæ multæ & amphoræ coacervatæ.

CAP.

CAP. XVI.

Ex Luciano quædam illustrata. Ejus interpres aliquoties reprehensus. Definitio τέχνης. Quid εἰδέναι, & εἰδόσιμον διδόναι. Ἀπράγμων quid Atticis.

IN *Parasito* pag. 242. datur definitio Artis: Τέχνη ἐςὶ σύςημα ἐγκαταλήψεων (al. ἐκ καταλήψεων) συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Carpit Cl. Grævius versionem Latinam, quæ sic habet: *Ars est quæ constat ex perceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem vitæ utilem.* Ubi est, inquit, in Gr. *consentientes?* dein, quid Latinis sunt *coëxercitatæ?* At Interpres videtur mihi vulgarem hanc Artis definitionem expressisse è Quintiliano, qui utrumque vocabulum, *consentientes* & *coëxercitatæ* habet in *Instit. Orat.* lib. 11. cap. 18. *Sive illa*, inquit, *ab omnibus fere approbatus finis observatur, artem constare ex perceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem utilem vitæ.* ubi in margine Edit. Basil. notatur hoc Græce ita dici: τέχνη ἐςι σύςημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένων (alii ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων) πρός τι τέλ☉ εὔχρηςον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Ceterum hanc artis definitionem habet etiam Artemidorus *Oneir.* IV. 3. & Schol. Aristoph. ad *Nubes* pag. 143.

Pag. 266. Philosophos, ait, plurimos cum baculo prodeuntes invenias, ὐκ ἂν δήπυ εἰ μὴ ἐφοβῦντο,

ἐφοβῦντο, ὡπλισμένοις. i. e. *qui ſane non ita armati eſſent, niſi timerent.* Somniavit Interpres, dum reddidit hæc verba: *quod non facerent, niſi armatos metuerent.* Vides, voculas οὐκ ἂν δήπου ſic nihil habere quo referantur. quæ certiſſime referri debent ad τὸ, ὡπλισμένοις, cum quo participio non jungendum verbum ἐφοβῦντο, quod abſolute hic ponitur, ut paullo ante de iiſdem dixerat, φοβῦνται μάλιστα.

In *Rhetorum Præcept.* p. 316. dicit Rhetor: Siquidem invenies me voce tantum antecellere alios, quantum tubæ tibias, & cicadæ apes, καὶ οἱ χοροὶ τοὺς ἐνδιδόντας, *& chori eos qui remiſſe canunt*, habet Interpres. Significat quidem ἐνδιδόναι, *remittere*, ſed quando de cantione & choro ſermo eſt, dicitur ἐνδιδόναι & ἐνδόσιμον διδόναι de chorodidaſcalo, qui cantionis exordium faciebat, cui chorus accinebat. Exempla paſſim occurrunt. Malim itaque verba Luciani reddere: *& chori eos qui cantionem auſpicantur*, vel *canendi exordium faciunt.* Facile enim totus chorus multitudine vocum ſuperabat unam magiſtri & chorodidaſcali vocem. Pari modo errant ſæpe Interpretes reddendo vocem ἐνδόσιμον *remiſſum*, ubi reddenda erat, *incentivum*, ut apud Artemidorum, ᾆσμα ἐνδοτικὸν (vel ἐνδόσιμον) καὶ κελευστικὸν πρὸς ἔργα, *cantilena incentiva & hortatoria ad opera.* perperam ibi Cornarius, *remiſſa.*

In

In *Patriæ Encomio*, pag. 480. Quamvis (inquit Lucian.) alios videant gloriantes campis patentibus, pratisque omne genus plantarum decore distinctis, ipsi etiam patriæ laudes oblivioni non tradunt, τὴν δὲ ἱπποτρόφον ὑπερορῶτες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦσι. quæ verba pessime sunt translata, *sed equorum juvenumque altricem suspicientes laudant*. Sensus enim est, *spernunt autem equorum altricem* (regionem) *juvenumque altricem laudant*. Opposita sunt ὑπερορᾷν & ἐπαινεῖν, quæ Interpres pro synonymis sumsit. ὑπερορᾷν est *contemnere*, ὑπεριδεῖν. Similiter oppositæ sunt regiones ἱπποτρόφος & κουροτρόφος. & cum dicit Auctor ἱπποτρόφος, respicit ad ea quæ paullo ante dixerat, σεμνυνομένους πεδίοις ἀνειμένοις. Sunt autem πεδία ἀνειμένα, *campi patentes*, equis pascendis habiles, non vero *agri interquiescentes*, uti vertit Interpres.

In *Symposio* p. 655. Ὡς οὐκ ἀσφαλὲς ἀπράγμονα ὄντα, συνεστιᾶσθαι φιλοσόφοις. *Non esse tutum, cui non sit opus, cum ejusmodi philosophis agitare convivium.* Sic Erasmus. Imperite admodum vocem ἀπράγμονα vertit, *cui non sit opus.* Ἀπράγμων Atticis Scriptoribus dicitur qui lites fugitat, litium amans non est. πράγματα enim sunt *lites*, ut alibi pluribus ostendam. atque ita Lucianus heic etiam usus est vocabulo ἀπράγμων. Verte igitur locum, *non esse tutum ei qui litium amans non sit, convi-*

vium

vium agitare cum hujusmodi philosophis. Depinxerat enim hoc Dialogo Philosophorum mores pravos, utpote qui in conviviis sæpe postquam mero incaluerant, pro sua quisque secta inter se verbis primo contenderint, mox ad manus & vulnera quoque pervenerint, adeo ut saucii ac mutilati nonnulli e conviviis ablati fuerint.

Cap. XVII.

Illustratur locus in Epist. Pauli ad Colossenses. καὶ *sæpe* παρέλκει. *vocabula* τάξις, ἄτακτοι & ἀτακτοῦντες *proprie ad rem militarem pertinent.*

IN Epistola ad *Coloss.* cap. II. 5: habetur, Ἐι γὰρ τῇ σαρκὶ ἄπειμι, ἀλλὰ τῷ πνεύματι σὺν ὑμῖν εἰμι, χαίρων καὶ βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὑμῶν. Vertunt: *Etsi enim carne absum, tamen spiritu adsum vobis, gaudens & videns vestrum ordinem* &c. Ad verbum quidem sonat, χαίρων καὶ βλέπων, *gaudens & videns*, ut & Belgæ verterunt, **My verblydende ende ziende uwe ordeninge.** Verum sic vertendo non satis mihi quidem videntur perspexisse genium & proprietatem Linguæ Græcæ, quâ vocula καὶ, quæ plerumque verbum verbo & nomen nomini connectit, eam aliquando vim non habet, sed παρέλκει Atticé, ut abunde docuerunt Budæus, Devarius & Vigerus. Nemo tamen ex illis hujusmodi

hujusmodi exemplum attulit, quo illa particula καὶ, πλεονάζει sive abundat etiam ante aliquod participium. Quare operæ pretium erit addere insigne aliquod exemplum & huic prorsus simile, quod observaveram ex Josepho lib. III. *B. J.* cap. 33. Προθυμίας μὲν ὑμᾶς εἰς τὸ φανερὸν εὖ ἔχοντας, χαίρω καὶ βλέπων: *Alacres aperte vos satis esse gaudeo dum video.* ubi eadem verba. Si apud Apostolum non præcessisset τὸ, εἰμὶ, dixisset ille, ut Josephus, χαίρω καὶ βλέπων, sed ob illud εἰμὶ dixit in participio, χαίρων. Verte igitur χαίρων καὶ βλέπων, *gaudens quando video*, Belg. **Mp verblydende wanneer ik zie** &c. Idem enim est χαίρω καὶ βλέπων, quod χαίρω βλέπων, vel χαίρω, ὅταν βλέπω. Joannnes in *Euang.* XX. 20. sine particula καὶ dixit, Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον. quod etiam efferri posset cum vocula καὶ, hoc modo, ἐχάρησαν καὶ ἰδόντες. Si vero quis malit hîc sumere καὶ pro *etiam*, non opus erit statuere Pleonasmum.

Ceterum quod sequitur hic, βλέπων ὑμῶν τὴν τάξιν &c. *quum video vestrum ordinem*, i. e. dum intelligo vos omnia decenter & ordine agere, firmiterque perstare in fide & doctrina Christiana; in eo petita metaphora est à re militari. Militaria esse vocabula τάσσειν & τάξις, pervulgatum est. Docent Tactici, melius tutiusque nihil esse quam μένειν ἐν τάξεις *ordines servare*; nihil contra pejus aut perniciosius,

niciosius, quam *eos solvere*, & *deserere*. Pari modo se res habet in Ecclesia Christiana. Nihil melius aut laudabilius est credentibus quam ordinem à Christo & Apostolis præscriptum servare; nihil vero pejus aut turpius, quam eum deserere. Quare Apostolus tanquam Imperator, fideles Colossenses tanquam milites probos & dicto ipsi audientes laudat ob τάξιν eorum & gaudere se ait, quando videt eam. haud aliter ac Titus in Orat. ad milites, eos collaudat apud Joseph. *B. J.* l. III. cap. 33. τὰ δὲ τῆς ὑμετέρας ἐμπειρίας καὶ τάξεως, τί καὶ λέγειν δεῖ;

Et ut hîc à bonis militibus qui ordinem servant, petita metaphora laudat fideles Colossenses; sic contra à malis militibus qui ordines deserunt petita translatione, ἀτάκτους vocat eos ex Thessalonicensibus, qui Christi & Apostolorum præceptis dicto audientes non erant, quos corripi jubet I. *Thess.* V. 14. νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους. quos etiam devitare vult fideles, II. *Thess.* III. 6. dicens, στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ ἀτάκτως περιπατοῦντος, καὶ μὴ κατὰ τὴν παράδοσιν ἣν παρέλαβε παρ' ἡμῶν. Proprie enim ἀτάκτους & ἀτακτοῦντας dici malos milites, qui ordines deserunt, atque officium suum non faciunt, satis constat. ita Xenoph. l. v. *Memorab.* p. 832. Τόν τε ἐπὶ πολεμίους ἄγοντα ταῦτα δεῖ μηχανᾶσθαι, δωρούμενόν τε τοῖς ποιοῦσιν ἃ δεῖ ποιεῖν

τοὺς

τὺς ἀγαθὺς, καὶ κολάζοντα τὺς ἀτακτῦντας: *Eadem moliatur oportet, qui copias adversus hostes ducturus sit, ut eos qui faciunt quod viros fortes decet muneribus ornet, ac non servantes ordines plectat.* & l. VII. Κύρ. Παιδ. pag. 181. Ου γὰρ ἂν, ἔφη, ἀνασχοίμην πλεονεκτῦντας ὁρῶν τὺς ἀτακτῦντας: *Non enim, ait, tolerare possem, ut qui ordines deserunt, majoribus quam alii commodis potiantur.*

CAP. XVIII.

Ex Aristophane quædam loca illustrantur & emendantur. Ejus Interpres castigatur. Quid ἐγκάμπτειν. Palmerius notatur. Ἰωνικὸς *proverbialiter pro homine molli. Quid* ἀποικοδομεῖν. Γνώμας καθεῖναι τῆς πόλεως. Προφορεῖσθαι τὴν ὁδόν.

APud Aristophanem in principio Fabulæ quæ inscribitur Εἰρήνη, rogat verna alter alterum, an devorasset mazam scarabæus, respondet ille:

– – Μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἐξαρπάσας
Ὅλην ἐνέκαψε περικυκλήσας τοῖν ποδοῖν.

vertit Q. Sept. Florens:

– – *Imo per Jovem suis*
Pedibus revolvens devoravit integram.

Significat quidem κάπτειν & ἐγκάπτειν *edere*, ut supra in *Avib.* p. 552. ἐμπίδας κάπτετε. ubi Schol. καταβάλλετε, ἐσθίετε. & in *Vesp.* 448. κἀγὼ ἐνέκαψα. Sch. ἐνέθηκα τῷ σώματι.

 Atta-

Attamen hoc loco corruptam esse lectionem arbitror, & pro ἐνέκαψε legendum ἐνέκαμψε. κάμπτειν autem pro *involvere* sumi docuit ad Athen. l. III. 24. & IV. 8. ὁ πάνυ Casaubonus. atque hoc verbum hic præferendum, suadent præcedentia, Μὰ τὸν Δί, quæ formula negandi est, eâ significat famulus, scarabæum non devorasse mazam, qua ratione igitur heic dicere posset, *totam devoravit?* Minime hoc voluit, sed illud, quod sc. *totam mazam involvit pedibus rotando.* Solent enim κάνθαροι semen ejicere in stercus, quod pedibus convolvunt & in globum conformant, ut præter Scholiasten docet Plut. in *Iside & Osir.* pag. 381. Ita igitur hic scarabæus egit cum maza, quæ erat ex ὀνίδων, *asini stercore* ficta; non vero eam comedit.

In eadem fab. pag. 627. ait famulus:

- - κᾆτ' αὐτᾷ γ' ἀνὴρ
Ἰωνικός τις φησὶ παρακαθήμενος, &c.

Ex hoc loco colligit Palmerius, Dionysiis vernis hanc fabulam actam esse, quia hibernis Dionysiis soli aderant Athenienses, sed vernis, quum mare apertum esset, navigabant eo etiam Jones. Verum pace illius Viri, non putem ego, Comicum proprie *Jonem* designare per vocem Ἰωνικὸς, sed proverbialiter *hominem mollem:* nam ut Sybaritarum fastus, sic Jonum mollities in proverbium abiit. Val. Max. l. II. auctor est, Jonas primos in venisse

se unguenti coronarumque in conviviis usum, & secundæ mensæ consuetudinem. Iidem lascivis saltationibus gaudebant. Hinc apud Horatium legimus *motus Ionicos* pro lascivis saltationibus. Optime Hesychius, Ἰωνικὸν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος ἢ θηλυκοῦ. ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἴωνες. Harpocrat. Ἰωνικῶς ἀντὶ τοῦ ἁβρῶς, τρυφερῶς. Comicus Θεσμοφ. Ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς. Scholiast. Thucyd. l. 1. p. 68. Διαβέβληται τὸ ὄνομα τῶν Ἰώνων εἰς μαλακίαν· τῶν δὲ Δωριέων, ἐπὶ ἀνδρείᾳ δοξάζεται. Voluit itaque Comicus hic simul perstringere viros Athenienses, & significare, inter eos esse multos mollitie insignes. ideo emphatice dixit ἀνὴρ Ἰωνικός τις, quemadmodum paullo ante in adolescentibus insolentiam & opinationem sapientiæ perstringere volens dixerat, τις νεανίας δοκησίσοφος.

In eadem Fabula p. 630. inquit Trygæus:

Τούς τε κοπρῶνας καὶ τὰς λαύρας
Καιναῖς πλίνθοισιν ἀνοικοδομεῖν:

Utque sterquilinia & fimeta
Novo latere obstruant.

hoc jubet Trygæus, ne malus odor scarabæum excitet, ne sterquilinia & quisquiliæ eum provocent & ex alto detrahant. sed legendum pro ἀνοικοδομεῖν, ἀποικοδομεῖν, quod sign. ἀποφράττειν *obstruere*, ut apud Thucyd. l. 1. pag. 74. de Pausania, καὶ τὰς θύρας - - ἀπῳκοδόμησαν. quod Nepos in *Paus. Valvas ejus*

 ædis

ædis obstruxerunt. Schol. Thucyd. Ἀπῳκοδόμησαν, τειχίσαντες τὰς θύρας ἀπέφραξαν. & lib. VII. cap. 73. - - τάς τε ὁδὺς ἀποικοδομῆσαι, *& vias obstruere.* ubi Sch. ἀποφράξαι διά τινος οἰκοδομῆς. paullo post apud eundem dicitur ἀποφραγνύειν, cap. 74 τάς τε ὁδὺς τὰς κατὰ τὴν χώραν ᾗ εἰκὸς ἦν Ἀθηναίυς ἰέναι, ἀπεφράγνυσαν, *& vias per regionem qua verisimile erat Athenienses iter facturos obstruxerunt.*

Pag 643. dicit Chorus Agricolarum:

Ἀλλ' ἀκύσαντες τοιῦτυ χαίρομεν κηρύγματος.
Οὐ γὰρ ἦν ἔχοντας ἥκειν σιτί' ἡμερῶν τριῶν.

Septim. Florens vertit in hunc modum:

Sed juvat nos hocce plebis murmurans præconium,
Cum trium nobis dierum deforet viaticum.

Versum posteriorem plane perperam reddidit, cujus sensus est longe alius, sc.

Non enim erat (tale præconium) *ut veniremus instructi cibariis trium dierum.*

id est, non erat bellicum præconium.

In principio Fabulæ, cui titulus Ὄρνιθες, inquit Εὐελπις,

Τί ὦ πόνηρ' ἄνω κάτω πλανύτλομεν;
Ἀπολύμεθ' ἄλλως τὴν ὁδὸν προφορυμένω.

vertit Interp. *Quid ô agricola sursum deorsum erramus? Perimus, aliter viam proferentes.* sine ullo sensu. Vertendus erat versus posterior: *Peribimus, temere per viam ultro citroque cursitantes.* Vetus Schol. Προφορυμένω, δεῦρο κἀκεῖσε πορευόμε-

ϱευόμενον (l. πορευόμενοι) εἰς τἀναντία. Metaphora in hoc verbo eſt deſumta ab iis qui *tramam filumque ducunt & reducunt*. ii enim proprie προφορεῖσθαι veteribus dicebantur. Sch. προφορεῖσθαι γὰρ λέγεται, τὸ παραφέρειν τὴν στήμονα τοῖς διαζομένοις. Heſych. paullo aliter, Προφορεῖσθαι, τὸ ταῖς διαζομέναις τὸν στήμονα παραδιδόναι. Vid. *Salm.* in *Capit.* p. 127.

P. 593. Chorus avium ſic canit:

Ἔυδαιμον φῦλον πτηνῶν
Οἰωνῶν, οἳ χειμῶνος μὲν
Χλαίνας οὐκ ἀμπισχνοῦνται,
Οὐδ' ἂυ θερμὴ πνίγους ἡμᾶς
Ἀκτὶς τηλαυγὴς θάλπει.
Ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων.
Φύλλων ἐν κόλποις ἐνναίω.

Duos poſtremos verſus inſulſe admodum reddidit Interpres:

Sed floridorum pratorum
Foliorum in ſinibus Ennæi.

Vertendum: *Sed in ſinibus foliorum pratorum floridorum habito.* verbum ἐνναίω ſumſit pro neſcio quo nomine proprio, cum ſit, *inhabito*, idem quod ἐνοικέω, pag. ſeq.

Ἀλλ' ἐνοικήσουσιν ἔνδον ἔν τε τοῖς βαλαντίοις
Ἐννεοττεύσουσι.

Chorus autem de ſe modo in plurali, modo in ſingulari loquitur, ut paullo poſt etiam in ſing. χειμάζω, dein vero in pl. iterum, βοσκόμεθα.

In *Concionatricibus* pag. 735. γνώμας καθεῖναι τῆς πόλεως, non eſt, ut Interpres vertit, *ſententias civitatis deponere*, ſed *tentare*, & explorare ſententiam civitatis, ut καθεῖναι πεῖραν, *periculum facere*, apud Ælian. *Var. Hiſt.* II. 13. Petita eſt translatio à nautis, qui demiſſa bolide maris altitudinem tentant. illi dicuntur καθεῖναι τὴν βολίδα, & καθεῖναι καταπειρητηρίην, ut eſt apud Herodotum lib. II. pag. 92.

Cap. XIX.

Ex Theocrito quædam loca illuſtrantur & emendantur. Τὸ καταχὲς *non notat effuſum, ſed reſonans.* Ἠρίον, *monumentum.* Ἀλλὰ *hortandi vim ſæpe habet, & reddendum, quare.*

THeocrit. *Idyll.* A. verſ. 7.

> Ἅδιον, ὦ ποιμὰν, τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
> Τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.

Interpres Latinus in hunc modum vertit:

> *Dulcius, o Paſtor, tuum carmen eſt, quam effuſa*
> *Illa, quæ de rupe ex alto defluit unda.*

Non debuerat vertere τὸ καταχὲς *effuſa*, ſed *reſonans*, non enim idem eſt quod τὸ καταχεόμενον, ἀπὸ τοῦ καταχεῖσθαι, *effundi*; ſed Dorice dicitur pro κατηχὲς, eſtque idem quod

ἠχοῦν

ἠχῶν vel κατηχῶν. Virgilius hæc videtur imitatus ſub finem *Eclog.* v.

Quæ tibi quæ tali reddam pro carmine dona?
Nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri,
Nec percuſſa juvant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Eodem *Id.* verſ. 125.

---- Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον, αἰπύ τε σᾶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγαϛόν.

---- *Et relinque promontorium Helices, & ſublime ſepulcrum*
Illud Lycaonidæ, quod & Diis beatis eſt venerabile.

Ἑλίκας ſumunt pro Gen. Dor. ab Ἑλίκη, urbs Peloponneſi. Steph. Ἑλίκη πόλις Πελοποννήσε, ſita ad ſinum Corinthiacum. vid. etiam Strabon. & Ovid. xv. *Metam.* Ῥίον autem eſt *promontorium.* Sch. hic. τῦ ὄρυς τὸ ἀκρωτήριον, ἢ ὄνομα πόλεως &c. Strabo l. VIII. Ἔϛι τὸ μὲν Ῥίον, τῶν Ἀχαιῶν ἀλιτενὴς ἄκρα &c. Schol. *Apollon.* pag. 57. ῥίον, ἀκρωτήριον. Sed ut quod ſentio dicam, in utraque voce leve mendum eſſe mihi videtur, & pro Ἑλίκας legendum Ἑλίκα, & pro ῥίον, ἠρίον. hoc modo:

--- Ἑλίκα δὲ λίπ' ἠρίον αἰπύ τε σᾶμα
Τῆνο Λυκαονίδαο.

--- *Linque autem monumentum & ſublime*
Illud ſupulcrum Elicæ filii Lycaonis.

Ἠρίον eſt μνῆμα, ut Heſych. exponit, & Schol.

 Apol-

Apollon. loco dicto, ῥίον, ἀκρωτήριον, τὸ δὲ ἠρίον, μνῆμα. Hom *Iliad.* Ψ. Φράζσαλο Πατρόκλῳ μέγα ἠρίον, *excogitavit Patroclo magnum monimentum.* Theocrit. noster *Idyll.* 11. 13.

Ἐρχομέναν νεκύων ἀνά τ' ἠρία, καὶ μέλαν αἷμα,

(Hecaten) *incedentem per monumenta & atrum saugninem.*

Optime igitur junguntur ἠρίον & σᾶμα, ut apud Hom. *Il.* Π. τύμβῳ τε στήλῃτε. Quod autem ad Ἑλίκα, ut legendum puto, attinet, est genitivus nominis proprii, Ἑλίκας. sic vocatus filius Lycaonis, qui hic etiam Λυκαονίδας. adeo ut & proprio nomine & patronymico appelletur Ἑλίκας Λυκαονίδας. Eustath. ad *Iliad.* B. Ἑλίκη δὲ ἀπὸ Ἑλίκα φασι καλεῖται υἱοῦ Λυκάονος: *Helice autem, ut ajunt, appellatur ab Helica Lycaonis filio.*

Idyll. 11. vers. 2.

Στέψον τὰν κελέβαν φοινικέῳ οἰὸς ἀώτῳ,

Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρυνεῦντα φίλον καταθύσομαι ἄνδρα.

Notanda locutio, οἰὸς ἀώτῳ. Ἄωτον est flos, unde ἀωτεῖν est ἀνθεῖν. Hesych. Ἀωτὸν, ἄνθος. translate notat *lanam*, unde Hesych. etiam exponit ἐρίον, atque ita occurrit apud Homerum *Il.* N. vers. 599. Αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐϋστρόφῳ οἰὸς ἀώτῳ, quem locum Theocritus hic imitatus videtur. Schol. Hom. exponit οἰὸς ἀώτῳ, καλῶς περιεστραμμένῳ ἐρίῳ, οἰὸς γὰρ ἀώτῳ, προβάτου ἄνθει, ὅ ἐστιν ἐρίῳ. Veteres ea quae divino

vino

vino honore afficere volebant, laneis coronis cingere atque ornare consueverant, id quod fuse probat ὁ πάνυ Græv. ad Hesiod. *Theog.* 499. Antiquissimæ enim è lana coronæ fuerunt, hinc στέφανος & στέμμα, ἀπὸ τοῦ στέφειν, *colum nubere & cingere lana.* Sequitur, Ὡς τὸν ἐμοὶ βαρυνεῦντα. Schol. hic βαρυνεῦντα pro βαρύνοντα docet esse, futurum pro præs. sed perperam: divisim enim legendum est, ut quidam Codd. habent, βαρὺν εὖντα, ut εὖντα sit accus. particip. Dor. pro ὄντα. & sic legendum esse cognosci etiam potest ex addito casu tertio ἐμοί, nam βαρύνειν verbum potius cum casu quarto construitur. Porro καταθύεσθαι hic est, quod Virg. *magicis sacris avertere sensus.* Is *Ecloga* VIII. eodem modo inducit mulierem sacris quibusdam pervertentem animum amatoris, à quo spernebatur, h. v.

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria vitta:
Verbenasque adole pingues, & mascula thura,
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus.

Vers. 18. - - ἀλλ' ἐπίπασσε
Θέστυλι δειλαία· πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπέτασαι;

ἀλλ' Heinsius pro ἄλλα, *alia*, sumsit, vertens, *infunde & reliqua scelesta Thestyli.* quod tamen, pace tanti viri dixerim, voluisse Theocritum, vix est ut credam. Non dubito Poëtam hic ἀλλ' pro ἀλλὰ posuisse, nec tamen ver-

vertendum esse *sed*, ut habet Interpres, sed *quare*, ut Virg. hortandi enim vim habet hæc vocula. Hom. *Iliad.* A. 394.

Ἀλλὰ σὺ, εἰ δύνασαί γε, περίσχεο παιδὸς ἑῆος.

Quare tu, siquidem potes, fer opem filio tuo.

& 338. Ἀλλ' ἄγε Διογενὲς Πατρόκλεις, ἔξαγε κούρην.

Quare age generose Patrocle, educ puellam.

In *Act. Apost.* x. 20. Ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι καὶ πορεύου: *Quare surgens descende & abi.* Ceterum quod sequitur, πῶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι, Homerus exprimeret, Ποῖ σύ γε τὰς φρένας ἐκπεπαταγμένη ἐστι. sic ille *Odyss.* VI.

Ξεῖνε τάλαν, σύγε τὰς φρένας ἐκπεπατάγμενός ἐστι.

quod Hes. exp. ἐκπεπληγμένος & ἔκφρων. quemadmodum Idem ἐκπεπότημαι, vel ἐκπεπόταμαι expl. ἐκπέπληγμαι.

C A P. X X.

Illustratur locus in Epist. ad Hebræos ex sacris & ex profanis Auctoribus: & vitam hominis cum palæstra, malaque hujus vitæ cum athletarum laboribus conferri ostenditur.

IN *Epist. ad Hebr.* cap. x. vers. 32. - - πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, *magnum certamen sustinuistis passionum.* Eleganter vita hominis comparatur cum stadio & cum palæstra; & mala, calamitates, ærumnæ quæ homini eveniunt, cum laboribus quos sustinere, & cum

& cum adversariis, sive antagonistis quibuscum luctari & certare consueverunt athletæ. Sic Apostoli sæpe *sustinere calamitates* exprimunt phrasibus à re agonistica petitis, ut ἀγῶνα ἔχειν, *Philipp.* I. 30. Τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι, II. *Timoth.* IV. 7 δι' ὑπομονῆς τρέχειν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα, *Hebr.* XII. I. & hoc loco, πολλὴν ἄθλησιν ὑπομένειν παθημάτων. In II *ad Timoth.* cap. II. ubi in eo est Paulus, ut animum addat Timotheo suo in malis quæ ipsi evenirent, docens, *fortiter malum qui patitur, eum post pati bonum*, (ut Plauti verbis utar:) exempla adhibet non tantum boni militis & laborantis agricolæ, verum etiam fortis athletæ, vers. 5. Ἐὰν δὲ (inquit) καὶ ἀθλῆ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Insignis, qui huc pertinet locus est apud Max. Tyr. *Dissert.* XXXII. p. 350. Ἡ Ὀλυμπιάσι μὲν καὶ Πυθοῖ οὐκ ἔνεσι κότινον λαβεῖν, οὐδὲ μήλων τυχεῖν, αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ κονισάμενον, ἀλλὰ ἀνταγωνιστῶν δεῖ τῷ κηρύγματι· ἐν δὲ τῷ τοῦ βίου σταδίῳ καὶ τῇ δεῦρο ἀγωνίᾳ τίς ἂν γένοιτο ἀνταγωνιστὴς ἀνδρὶ ἀγαθῷ, πλὴν τῆς πείρας τῶν δυσχερῶν; *Atqui Olympicis Pythiisque ludis oleastrum nemo, nemo malum consequitur, qui solus secum in pulvere decertarit; sed adversario prius opus est, ut præconis voce victor declareris In hoc vero vitæ stadio, hoc in certamine, quem bono viro adversarium dabis, præterquam adversæ fortunæ gustum?* Seneca in aureo libello,

bello, quo disputat, quare viris bonis mala eveniant, cum sit providentia, Deum confert cum Agonotheta, viros bonos, qui fortiter mala patiuntur, cum robustis Athletis. cap. 2. *Athletas videmus, quibus virium cura est, cum fortissimis quibusque confligere, & exigere ab his per quos certamini præparantur, ut totis contra ipsos viribus utantur. cædi se vexarique patiuntur, & si non inveniunt singulos pares, pluribus simul objiciuntur. marcet sine adversario virtus. tunc apparet quanta sit, quantum valeat, quantumque polleat, cum quid possit, patientia ostendit. Scias licet, idem viris bonis esse faciendum, ut dura ac difficilia non reformident, nec de fato querantur. quicquid accidit, boni consulant, in bonum vertant.* & paucis interjectis, *Miraris tu, si Deus ille bonorum amantissimus qui illos quam optimos esse atque excellentissimos vult, fortunam illis, cum qua exerceantur, assignat? Ego vero non miror, si quando impetum capiunt spectandi, colluctantes cum aliqua calamitate.* & paullo post: *Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus operi suo Deus: ecce par Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna compositus.*

CAP.

Cap. XXI.

Artemidorus in Oneirocrit. lib. I. ſimel emendatus, ſæpius illuſtratus, ejuſque Interpres Cornarius notatus. Quid κατημαξευμένον. Ἀγωνία *&* δεῖμα *recte junguntur.* Καθ' ὥραν *&* κατὰ τὴν ὥραν *differunt.* Διψᾷν *pro* ἐπιθυμεῖν. Χειμῶνι *ſive Hyemi victimæ homonymæ mactatæ.* Ἐνηλάτων τὸ ἔσω καὶ τὸ ἔξω, *ſponda interior & exterior.*

APud Artemidorum in *Oneirocrit.* lib I. cap. 33. habetur: Τοῦτο μὲν οὖν κοινὸν (καὶ) κατημαξευμένον. Cornarius non percepit Auctoris mentem, quando in hunc modum reddidit, *atque hoc in communi & copulatim dictum eſt.* Vertendum erat: *atque hoc vulgare & tritum eſt.* Heſych. Κατημαξευμένα, κοινὰ, καταπεπατημένα, κατατετριμμένα. metaph. a viis publicis quæ vehiculis tritæ ſunt.

Cap. 66. Poſtquam dixiſſet balneum ſignificare ταραχὴν, addit, ἔτι δὲ ἀγωνίαν καὶ δεῖκα τῆς ψυχῆς, διὰ τὸ τρέπεσθαι τὸν χρῶτα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος ἐν τῷ βαλανείῳ εἰς ἑτέραν χροίαν. Mendum eſt manifeſtum in voce δεῖκα. Rigaltius emendavit, δεινά. quæ tamen vera lectio non videtur. Equidem non dubito Artemidorum ſcripſiſſe, δεῖμα. quæ vox *timorem* vel *terrorem* notat. Heſych. Δεῖμα, δέος, φόβος. eſtque non poëtis tantum, ſed & proſæ ſcriptoribus uſitatiſſima. recte itaque jungitur cum ἀγωνία, ut apud Demoſth.

Demosth. Φόβος & ἀγωνία junguntur in Orat. *de Corona:* ἐν φόβῳ καὶ πολλῇ ἀγωνίᾳ.

Eodem c. paullo post: Εἰ δέ τις λȣ́οιτο πυκνῶς, καὶ καθ' ὥραν, καθ' ὃν ȣ̓ προσήκει τρόπον, ȣ̓κ ἀγαθὸν ἀυτῷ. Erravit Interpres vertens: *Si quis crebro lavetur, & debita hora, non tamen convenienti modo, non est bonum ipsi.* Καθ' ὥραν, non est *debita hora*, sed *singulis horis.* dicitur enim Elliptice pro καθ' ὥραν ἑκάστην, ut καθ' ἡμέραν, *quotidie.* κατὰ μῆνα, *singulis mensibus.* καὶ ἐνιαυτὸν, *quotannis.* Inferius vero cap. 75. dixit Auctor addito articulo, κατὰ τὴν ὥραν, pro *tempestive*, cui opponitur ibidem παρὰ καιρὸν, *intempestive.* & cap. 79. κἂν κατὰ τὴν ὥραν βλέπωνται, *etiamsi tempestive videantur.* ubi mox opponitur παρὰ τὴν ὥραν. Vertenda itaque erant verba: *Si quis vero crebro lavetur, & singulis horis, quo modo par non est, non ipsi bonum hoc.*

Cap. 68. Τὸ μὲν γὰρ διψᾷν ȣ̓δὲν ἄλλο ἢ ἐπιθυμεῖν. Sic διψᾷν pro *vehementer cupere* occurrit in N. T. Matth. v. vers. 6. διψῶντες δικαιοσύνην. Xenophon Κύρ. Παιδ. IV. in fine: Ουτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι: *Sic ego vobis gratificari sitio.* Synesius: Πῶς οἴει με διψῶντα ταῖς ἡδίσταις ἐπιστολαῖς ἐντετυχηκέναι; *Quomodo sitientem me putas incidisse in suavissimas epistolas?* Pariter Latin. *sitire.* Cicero: *Nec honores sitio, nec desidero gloriam.*

Eodem cap. in fine, ubi agit. de *oris angusti*

ſti poculis, quæ ſi frangantur, inquit, πάσης θλίψεως καὶ στενοχωρίας λύσιν ὑπισχνεῖται. ſic infra cap. 82. διὸ θλίψεις καὶ στενοχωρίας σημαίνει. & lib. II. cap. 3. Χλαμὺς δὲ ἥν ἔνιοι μανδύην, οἱ δὲ ἐφεστρίδα, οἱ δὲ βήριον καλοῦσι, θλίψιν καὶ στενοχωρίαν καὶ τοῖς δικαζομένοις καταδίκην μαντεύεται. lib. III. cap. 58. τοῖς δὲ λοιποῖς πᾶσι θλίψεις καὶ στενοχωρίας. Quod noto, quia hæc duo etiam à Paulo junguntur in Epiſt. *ad Rom.* cap. II. verſ. 9. Θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν.

Cap. 72. ubi agit Auctor de carnibus animalium. τοῖς δὲ ἐν χειμῶνι διάγουσιν, ἀγαθὰ τετήρηται - - ὅτι χειμῶνι ὁμώνυμα ὄντα τὰ ζῶα ἀνήρηται. Obſervavit ad hunc locum Rigaltius, quod ἄιγες ſint *capræ*. αἰγὶς autem χειμών. Addo Heſych. qui, Ἄιγες, τὰ κύματα Δωριεῖς. Solebant Veteres hujuſmodi animalia, capras & agnas Tempeſtati immolare, ut ceſſaret. Horat. *Epod.* x *Libidinoſus immolabitur caper,*

Atque agna tempeſtatibus.

Virg. III. *Æneid.* 120.

Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Sic Typhoni agnam nigram mactari ſolitam fuiſſe docemur ex Ariſtophane in *Ran.* p. 232.

Ἄρν' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε,
Τυφὼς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.

Agnam agnam nigram proferte pueri,
Typho enim egreſſum parat.

G ubi

ubi Schol. τὰς καταιγιδώδεις ἀνέμους τυφῶς καλῦσι, τούτῳ ἐνόμιζον μέλαιναν ἄρνα σφαγιάζειν, ὅπως λήξῃ τὸ πνεῦμα.

Cap. 76. ubi de lectis & grabatis. Τῶν δὲ ἐνηλάτων τὸ μὲν ἔξω, ἰδίως τὴν γυναῖκα, τὸ δὲ ἔσω τὸν ἄνδρα (σημαίνει.) Intellige per τῶν ἐνηλάτων τὸ ἔξω, & τὸ ἔσω, *ſpondam exteriorem & interiorem.* Inepte Interpres *claviculorum externam partem*, & *internam* habet. Gloſſ. Ἐνήλατον, *ſponda.* Ἐνήλατα, *ſpondæ.* & Ἐπὶ τοῦ ἐνηλάτου, *ſupra ſpondam.* Auctor noſter infra lib. II. cap. 8. Κλίνης τὸ ἔξω ἐνήλατον, *lecti ſpondam exteriorem.* Horat. *Epod.* III.

Extrema & in ſponda cubet.

Cap. 14. Lectum petere, inquit, omnibus malum eſt, πλὴν τῶν φοβουμένων καὶ προσδοκώντων βασάνους. Int. *exceptis his qui timent & tormenta expectant.* non accurate. debuit, *exceptis his, qui tormenta metuunt & expectant.* Nam τὸ, βασάνους ad utrumque verbum referri debet. ſic φόβος & προσδοκία junguntur apud Plutarch. in *Antonio:* Τῆς πόλεως ἐν κατηφείᾳ διὰ τὸν φόβον καὶ προσδοκίαν τοῦ μέλλοντος οὔσης. & apud Lucam in *Euang.* XXI. 26. Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας τῶν ἐπερχομένων τῇ οἰκουμένῃ.

CAP.

Cap. XXII.

Ex Artemidori libro ſecundo pauca quædam animadverſa. Rigaltii emendatio rejecta. Ἱερὸς *pro magno.* Ἀγνώμων. Ὑποδρομαί. *Euripides emendatus.*

ARtemid lib. II. cap. 12. Ἡμίονοι δὲ, πρὸς πάντα ἐπιτήδειοι, διὰ τὸ ὑπομονητικὸν τῶν ἔργων. Interp. *Muli ad omnia commodi ſunt, propterea quod ad opera commonefaciant.* ſed Græca διὰ τὸ ὑπομονητικὸν τῶν ἔργων ſonant *propter laborum* vel *operum patientiam.* Heſych. Ταλασίφρων, ταλακάρδιος, ἰσχυρὸς, τολμηρὸς, θρασὺς, ὑπομονητικός. Idem paullo poſt, Ταλαύριον, ὑπομονητικόν.

Ejuſdem libri cap. 20. Ὄρνιθες ἱεροὶ, πλουσίοις μᾶλλον ἢ πένησι σύμφοροι. οἱ δὲ μικροὶ καὶ παχεῖς, τοῖς πένησιν εἰσὶ συμφορώτατοι. Rigaltius hic pro Ὄρνιθες ἱεροὶ legit, Ὄρνιθες ἀέριοι μεγάλοι. Sed nihil meo judicio eſt mutandum, nec pro ἱεροὶ ponendum ἀέριοι, nec addendum μεγάλοι. nam ἱερὰ idem notat quod μεγάλοι. Euſtath. ad *Iliad.* K. Οἱ γλωσσογράφοι ἱερὸν τὸ μέγα φασι, καὶ ἱεροὶ φασιν ἰχθὺς, ὁ μέγας. *Iliad.* Π. verſ. 407.

Πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθύν.

ubi Schol. ἤτοι μέγαν. Ariſtoph. *Lyſiſtr.* 884 ἔχουσα ἱερὰν κυνῆν, *grandem habens galeam.* Sic epilepſia ἱερὰ νόσος dicitur ob morbi magnitudinem. qui morbus alio nomine etiam μεγάλη νοῦσος & Ἡρακλεία à Græcis appellari

ſolet.

ſolet. Aretæus cap 4. lib. 1. *de cauſ. & ſig. diut. morbi.* Δοκέει γὰρ τοῖσι ἐς τὴν σελήνην ἀλιτροῖσι ἀφικνεῖσθαι ἡ νοῦσος. τοὔνεκεν ἱερὴν κικλήσκουσι τὴν πάθην· ἀτὰρ καὶ δι' ἄλλας προφάσιας, ἢ μέγεθος τοῦ κακοῦ· ἱερὸν γὰρ τὸ μέγα. - - - *Quin & alias ob cauſſas id nomen fuit inditum, aut ob mali magnitudinem: ſacrum enim dicunt magnum.* quem locum debeo Fœſio in *Oeconom. Hippocr.* Notavit pariter Caſaubonus ad Strabonem pag. 115. ἱερὸν pro *magno* ſumi, ut ἱερὸν ὄςοῦν &c. Heſych. inter alia ἱερὸν etiam interpretatur μέγα. Ἱερὰν, μεγάλην, & Ἱερὸν ἰχθὺν, τὸν μέγαν.

Cap. 20. Πελεκᾶνες, ἄνδρας ἀγνώμονας σημαίνουσιν, ἀσκόπως τε καὶ ἀλόγως πάντα δρῶντας. h. e. *Pelecanes ſignificant viros inconſultos, qui inconſiderate & temere omnia faciunt.* Heſych. Ἀγνώμονες, ἄβουλοι &c Idem, Ἀγνωμόνως, ἀνοήτως. Perperam hic Interpres reddiderat ἄνδρας ἀγνώμονας, *viros perfidos.*

Cap. 23. ubi de Navigatione. Ἀεὶ δὲ λιμένες, εὐεργέτας καὶ φίλους σημαίνουσι, καὶ πάντες οἱ ὅρμοι, σκόπελοι δὲ καὶ ὑποδρομαὶ, τοὺς δι' ἀνάγκην καὶ μὴ κατὰ προαίρεσιν ὑφ' ἡμῶν φιλουμένους, οἳ οὐδὲ ἡμᾶς ἑκόντες εὐεργετοῦσι. ubi πάντες οἱ ὅρμοι ſunt *omnes ſtationes.* Interp. habet, *etiam qui artificiales exiſtunt omnes.* Infra lib. IV. cad. 55. habet etiam noſter, λιμένες, καὶ σκόπελοι, καὶ ὑποδρομαί. hac occaſione emendandus eſt locus apud Euripidem in *Helena* verſ. 411.

Λι-

Λιβύης τ' ἐρήμȣς, ἀξένȣς τ' ἐπιδρομὰς
Πέπλευκα πάσας.

Libyæque deserta loca *& inhospitales* barbarorum *incursiones*
Præternavigavi omnes.

ubi pro ἐπιδρομὰς legendum meo judicio est ὑποδρομάς. Brodæus quidem exponit ἐπιβάσεις. Scaliger ἐπιδημίας legit. Sed non dubito, quin vera sit lectio, quam posui; & nota res est, quam facile & sæpe à librariis ὑπὸ & ἐπὶ inter se confundi consueverint.

Cap. 53. Ἀκαταθυμίȣ τινός μοι ὑπαντήσαντος ἐταράχθην καὶ ἐδυσφόρησα. i. e. *Cum res mihi ingrata accidisset, perturbatus fui, & moleste tuli.* Interpres perperam de persona intellexit, vertens: *Obviam mihi veniente quodam, à quo animus meus plane diffidebat.* sic contra καταθύμιον pro re *grata* & *accepta* occurrit apud Dion. Cass. lib. XXXVII. pag. 63.

Cap. 73. Πάντα γὰρ τὰ ἐν ȣ̓ρανῷ, Φανερὰ καὶ ἐυσύνοπτά ἐσι πᾶσιν. Quod Artemidorus hic dixit Φανερὰ καὶ ἐυσύνοπτα, & infra cap. 86. lib. IV. ὕπτια κείμενα καὶ ἐυεπίγνωσα, id Auctor Epist. *ad Hebræos* cap. IV. Φανερὰ καὶ τετραχηλισμένα.

C A P. XXIII.

Artemidorus in libro tertio aliquoties illustratus, semel emendatus. Κλέπτειν *pro decipere.* Ἐπαγάλλεσθαί τινι πράγματι *quid. Locus Pauli Apostoli ad Corinthios illustratus.* Κατάρτιος, *malus navis. Quid* ἐπιςρέφεσθαι & ἀνεπιςρέφειν. *Interpres notatus. Quid* χρείαν ἀπαρτῆσαι.

APud Artemid. lib. III. cap. 2. Κλέπτειν δοκεῖν, ἐδενὶ ἀγαθὸν, πλήν τῶν ἐξαπατᾷν τινας ἐθελόντων· κλέπτειν γὰρ καὶ τὸ παραλογίζεσθαι ἔλεγον οἱ παλαιοί. Sic κλέπτειν pro *decipere* occurrit apud Pindar. *Pythion.* de Apolline:

Ψευδέων δ' ἐχ ἅπτεται· κλέπτει τέ μιν
Οὐ Θεὸς, ἐ βροτὸς ἔργοις ἔτε βελαῖς.

Mendacia non attingit; decipitque ipsum
Nec Deus nec homo factis consiliisque.

Idem in *Nem.*

Ἐπεὶ ψεύδεσιν οἱ ποτανᾷ γε μαχανᾷ
Σεμνὸν ἔπεςί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις.

Quandoquidem figmentis ejus volucri artificio
Grave inest quiddam, solertiaque ejus
Decipit seducens fabulis.

Ejusdem libri cap. 3. Ἱεροσυλεῖν, inquit, - - μόνοις τοῖς ἱερεῦσι καὶ μάντεσι συμφέρει· καὶ γὰρ τὰς τῶν θεῶν ἀπαρχὰς τὸ ἔθος ἐπιτρέπει αὐτοῖς λαμβάνειν, καὶ τρόπον τινὰ ἀπὸ Θεῶν τρέφονται. Non absimilis huic est locus Pauli in I *ad Corinth.*

IX.

IX. 13. Ὀυκ ὄιδατε, ὅτι οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσιν; οἱ τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται.

Cap. 16. Ἔοικε δὲ ἡ θάλασσα ἑταίρᾳ. Similiter Plautus in *Truculento.*

Meretricem ego item eſſe reor, mare ut eſt;
quod des devorat, nec unquam
Abundat, at hoc ſaltem ſervatum tibi æſtuat:
eccum apparet, huic des
Quantumvis, nuſquam apparet, neque datori,
neque acceptrici &c.

vide etiam Noſtrum lib. IV. c. 55.

In fine ejuſdem capitis de iis, qui ſibi videntur ſuper mari ambulare. Πᾶσι δὲ, inquit τοῖς ἐξ ὄχλου ποριζομένοις, καὶ πολιτευταῖς, καὶ δημαγωγοῖς, μετὰ πολλῆς εὐκλείας περισμὸν οὐ τὸν τυχόντα προαγορεύει· ἔοικε γὰρ ὄχλῳ, διὰ τὴν ἀταξίαν. Appoſite Polyb. *Except. Legat.* p. 1155. Ἐιναι γὰρ τὸ συμβαῖνον ἐν ταῖς πολιτείαις περὶ τὰ πλήθη παραπλήσιον τῷ γινομένῳ περὶ τὴν θάλασσαν. Similiter in Sacris Vaticiniis ſæpe per *mare* deſignantur ὄχλοι.

Cap. 31. Ἐικόνες, inquit, γνώμην καὶ προαίρεσιν ſignificant, διὰ τὸ ἐπαγγέλλεσθαι πάντας εἰκόσιν. Sic legitur, & vertitur, *propterea quod omnes imaginibus promittant.* Quid autem hoc ſit, ignorare me fateor. Procul dubio legendum, ἐπαγάλλεσθαι, & vertendum: *quia omnes in imaginibus ſibi placent.* ſic lib. I. cap. 19. Τρίχας ἔχειν μεγάλας καὶ ἀγαθὰς, καὶ ἐπ᾽

αὐταῖς ἀγάλλεσθαι, ἀγαθόν. Herodot. I. 143. ἐυνόματι ἀγάλλεσθαι. Homer. *Iliad.* Π. verf. 91. Μηδ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊότητι.

Cap. 33. Ἄκανθαι καὶ σκόλοπες, ὀδύνας σημαίνουσι διὰ τὸ ὀξὺ, καὶ ἐμποδισμοὺς διὰ τὸ καθεκτικὸν, καὶ φροντίδας καὶ λύπας, διὰ, τὸ τραχύ. πολλοῖς δὲ καὶ ἔρωτας καὶ ἀδικίας ἀπὸ ἀνθρώπων πονηρῶν. ἔρωτας μὲν διὰ τὸ μὴ εὐθύμους τοὺς ἐρῶντας εἶναι. ἀδικίας δὲ ὑπὸ ἀνθρώπων τινῶν πονηρῶν, διὰ τὴν γιγνομένην ὑπὸ τούτων ἐκ τῶν τραυμάτων τοῦ αἵματος ἀπόκρισιν. καὶ αἱ μὲν ἄκανθαι, ἐκ γυναικῶν τὰς ἀδικίας, οἱ δὲ σκόλοπες, ὑπὸ ἀνδρῶν προσημαίνουσιν. Integrum caput defcripfi, quia eo putem non parum illuftrari poffe locum Pauli, qui eft in II. *ad Corinth. Ep.* cap. XII. verf. 7. Καὶ τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἀποκαλύψεων ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. Per σκόλοπα Pauli, haud dubie intelligitur grave aliquod malum ab improbo viro quopiam Paulo illatum, five potius improbus aliquis homo, graviffimus Pauli adverfarius, qui ipfi & doctrinæ ejus vehementer refiftebat, maximam ipfi creabat moleftiam, animum ejus urebat & pungebat haud aliter ac σκόλοψ & aculeus carni facere folet, atque adeo ipfum impediebat, retinebat & reprimebat, inftar σκόλοπος, qui retinendi vim habet, ne efferret fe magnitudine revelationum. Habemus igitur in hoc exemplo ἀδικίαν ἀπὸ ἀνθρώπου πονηροῦ,

νηρῦ, & ὀδύνας, & φροντίδας καὶ λύπας, & ἐμποδισμὸν, quorum omnium ſymbolum eſſe σκόλοπα tradidit Artemidorus.

Cap. 34. Εἰ τις πλέων ἱςὸν ἴδοι, ἡγείσθω τὴν κατάρτιον ὁρᾷν. Κατάρτι© eſt *malus navis*, qui Latine etiam *arbor* dicitur. Gloſſæ: *Arbor*, δένδρον, κατάρτι©. & *Arbor navis*, ἱςὸς πλοίȣ. Aliæ Gloſſæ: Κατάρτι©, *arbor*. Non intellexit hanc vocem Sopingius, qui ab Heſychium, ubi Καρχήσια exponit, τὰ κέρατα τὰ ἐπάνω τῶν καταρτίων τῶν πλοίων, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἱςῶν, legi vult pro τῶν καταρτίων, τῶν κερατίων. Virg. *arborem mali* dixit *Æneid.* V. 504.

Et venit, adverſique infigitur arbore mali.

Cap. 42. Ἀγαθὸν δὲ τὸ μεθύειν τοῖς φοβȣμένοις· ἀνεπιςρέφȣσι γὰρ, καὶ ȣ̓ φοβȣ̃νται οἱ μεθύοντες. h. e. *Ebrium eſſe bonum eſt iis qui in metu ſunt: nam vacui ſunt à curis & metu homines ebrii*, ut enim ἐπιςρέφεσθαι eſt *curare*, quemadmodum Heſych. Ἐπιςρέφομαι exponit φροντίδα ποιȣ̃μαι, & Ἐπίςροφ©, ἐπιςροφὴν ποιȣ́μεν© καὶ φροντίζων. & Longinus περὶ Ὕψȣς *Sect.* XXXI. ex Anacreonte, ȣ̓κ ἔτι Θρηϊκίης ἐπιστρέφομαι, *non amplius Threïſſam curo.* ad quem locum vide ſis Tollium. (Homerus dixit etiam hoc ſenſu μετατρέπεσθαι, *Iliad.* A. 160.

Πρὸς Τρώων, ὧν ȣ̓́τι μετατρέπῃ, ȣ̓δ' ἀλεγίζεις,

ubi Scholia μετατρέπῃ exponunt, ἐπιστροφὴν ποιῇ,

ποιῇ, ἢ φροντίζεις:) sic ἀνεπιστρέφειν contra significat, *non curare*, *nullius rei curam gerere*. Erravit igitur hic vehementer Cornarius, dum ἀνεπιστρέφουσι vertit, *non convertuntur*.

Cap. 54. de clavi. Ἀποδημεῖν δὲ κωλύει, (κλεὶς ὄναρ ὁρωμένη) ἀποκλεισμοῦ καὶ κατοχῆς οὖσα σημαντική. Astrampsychus pag. 5.

Κλεῖδας κρατεῖν δὲ, σύνθεσιν δηλοῖ τρόπων.

At claves tenere mores compositos declarat. sic vulgo legitur & vertitur. At in Nicephori *Oneirocriticis* pro τρόπων est τόπων. pag. 14.

Κλεῖδας κατέχειν, σύνθεσιν ἔχει τόπων.

Claves tenere clausionem significat locorum.

Cap. 59. Τελώνης ἀγαθὸς τῷ χρείαν ἥντιναοῦν ἀπαρτῆσαι βουλομένῳ. *Publicanus, bonus est necessitatem quancunque tandem dirimere volenti.* Sic habet versio. Nescio quid sibi velit cum τῷ, *necessitatem dirimere*. Χρείαν ἀπαρτῆσαι, est *rem absolvere*, *ad finem perducere*. χρεῖα enim sæpe idem quod χρῆμα & πρᾶγμα. ita supra lib. II. cap. II. & lib. III. cap. 61. ἐμποδισμὸς τῶν χρειῶν, *rerum obstacula* dixit, quod lib. III. cap. 35. πλοκὴν πραγμάτων & eodem cap. ἐμποδισμὸν πράξεων. & lib. II. cap. 5. καταπλοκὴν τῶν χρημάτων. ubi perperam vertitur, *pecuniarum implicationem*, cum sign. *rerum difficultatem*. atque ita hic sumi debere, colligi potest ex sequentibus, ἀπὸ γὰρ τοῦ τέλους τὸν συμπερασμὸν ἑκάστης χρείας προαγορεύει quibus verbis innuit, nomen ipsum τελώνης, cujus prin-

principium eſt à τέλος, finem & conſummationem cujuſque rei prædicere. ubi ἑκάστης χρείας non eſt *omnis neceſſitatis*, ſed *cujuſque rei.*

CAP XXIV.

Ex Artemidori libro quarto locus unus aut alter obſervatus. Interpres caſtigatus. Στρατηγὸς τῆς πόλεως, *pro magiſtratu. Apud Aſtrampſychum* κερδῶ *pro vulpe, &* κερδοσύνη *pro aſtutia.* Ὄφεις πατεῖν *quid ſignificet.*

LIb. IV. *Artemidori* cap. 51. Ἔδοξέ τις ἥλιος γεγονέναι, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς διέρχεσθαι ἔχων ἀκτῖνας ἕνδεκα, στρατηγὸς ἀπεδείχθη τῆς αὐτȣ͂ πόλεως, καὶ μῆνας ἕνδεκα ἐπιζήσας τῇ ἀρχῇ, ἀπέθανε. Verba illa, στρατηγὸς τῆς αὐτȣ͂ πόλεως, vertit Cornarius, *dux exercitus ejus urbis.* Sic etiam l. IV. p. 258. στρατηγȣ͂ τῆς αὐτȣ͂ πόλεως, *duce exercitus ſuæ urbis.* male. nam στρατηγοὶ in civitatibus dicti ſunt *magiſtratus*, *prætores*, *duumviri* in coloniis. in *Act. Apoſt.* XVI. 20. καὶ προσαγαγόντες αὐτȣ̀ς τοῖς στρατηγοῖς. Vet. Int *Et offerentes eos magiſtratibus.* Gloſſæ: Στρατηγὸς, *Magiſtratus.* Plura exempla vide apud Valeſium in Notis ad Ammian. Marcell. pag. 258.

Cap. 65. Τῶν δὲ τὰ λίαν μεγάλα αἰνίγματα προσαπτόντων τοῖς ὀνείροις, καταπτύε, ὡς ȣ̓κ ἐχόντων ἔννοιαν, ἢ ὀνείρȣ φαντασίαν, ἢ ὡς ὄντων θεῶν

πανȣ̂ργ

πανȣργίαν, ἢ κακοπραξίαν κατεγνωκότων. Posteriora sic reddidit Interpres; *Aut tanquam Dii non reprobant & damnant versutias & malignitatem.* perperam. debebat enim: *aut quasi damnantes Deos versutiæ vel malignitatis.* cap. 24. hujus libri de iisdem hominibus Auctor: Ὅτι κακοζήλȣς καὶ πανȣ́ργȣς καὶ ἀσόφȣς τȣ̀ς θεȣ̀ς διαβάλλȣσι.

In Astrampsychi *Oneirocr.* p. 5.

Κερδοῖ συνῶν τὴν κερδοσύνην προσδόκα.

Interp. *Cum lucro versans, expecta emolumentum.*

Debuit: *Cum vulpe si verseris, astutiam expecta.*

nam κερδοῖ est à κερδὼ, quam vocem Hesychius interpretatur ἀλώπηξ. Idem κερδοσύνην exponit τέχνην, πανȣργίαν

Ibidem: Ὄφεις πατεῖν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύει.

Serpentes calcare, aculeos inimicorum solvit.

quo illustrari potest illud in Euangel. Lucæ cap. x. vers. 19. Ἰδȣ̀ δίδωμι ὑμῖν τὴν ἐξȣσίαν τȣ͂ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τȣ͂ ἐχθρȣ͂.

CAP. XXV.

Illustratur principium Epistolæ ad Hebræos, & in vocibus Πολυμερῶς *&* πολυτρόπως *alludi ad varietatem partium & modorum in modulatione Musica, ostenditur. Sublimitas in tota illa Epist. Tollius laudatus.*

IN Epistola ad Hebræos cap. 1. vers. 1. habetur, Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ Θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν προφήταις &c. *Multis partibus multisque modis olim Deus loquutus Patribus per Prophetas* Notatu dignum hic judicavi, quod ab aliis observatum non video, voces πολυμερῶς & πολυτρόπως esse desumtas ab re Musica, à varietate nimirum partium & modorum in Harmonia Musica. id quod pluribus exemplis demonstrare possem. duo tantum proferam, quæ id planum facient. Plutarch. lib. *de Musica* pag. 1137. Μαρτυρεῖ γοῦν τὰ Ὀλύμπου τε καὶ Τερπάνδρου ποιήματα, καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων πάντων. Τρίχορδα γὰρ ὄντα καὶ ἁπλᾶ διαφέρει τῶν ποικίλων καὶ πολυχόρδων, ὡς μηδένα δύνασθαι μιμήσασθαι τὸν Ὀλύμπου τρόπον. ὑστερίζειν δὲ τούτους ἐν τῷ πολυχόρδῳ τε καὶ πολυτρόπῳ καταγινομένους: *Atque hoc arguunt Olympi, Terpandri & aliorum qui modum eundem tenuerunt carmina omnium, quæ cum tribus sint contenta fidibus ac simplicia, præstant omnibus variis & multas chordas habentibus,*

bentibus, ut Olympi modum exprimere nemo possit, inferioresque eo omnes sint, ubi se ad modulationem multas chordas multosque modos habentem contulerint. Et quod utrumque hoc vocabulum proprium sit Musicæ, patebit ex elegantissimo loco apud Maximum Tyr. *Dissert.* XXXVII. pag. 363. in quo πολυμερὴς & πολύτροπος conjunguntur, (uti hic eorum adverbia) & de *Musa* ac *Harmonia* dicuntur, h. v. Ἐι μὲν γάρ ἐστι τὶς χρόνος βίου ἐν τῷ μακρῷ τούτῳ καὶ διηνεκεῖ αἰῶνι ἀνενδεὴς φιλοσόφου λόγου, οὐθὲν δεῖ τῆς πολυμεροῦς ταύτης καὶ πολυτρόπου μούσης τε καὶ ἁρμονίας: *Si enim ita se res ferrent, ut in tam longo perpetuoque ævo pars vitæ esset, quæ philosophia opus non haberet, diversa hac multimodaque modulatione Musica nihil foret opus.* & eadem pag. ἡρμόσθαι δεῖ πολυφώνως καὶ πολυτρόπως, *aptari oportet* (vitam) *multis sonis multisque modis.*

Aptissime autem & suavissime Auctor orditur Epistolam suam his vocibus quibus varietas partium & modorum in modulatione Musica exprimitur, ad significandum, varios Vates sacros divino instinctos spiritu variis temporibus Oracula Dei cecinisse populo Judaico variis quasi tonis & sonis, aliquando querulo, aliquando lætiore, aliquando vehementiore & acutiore, aliquando remissiore tono. Aptissime, inquam, & suavissime: nam in ipsis vocibus, quibus incipit Epistolam, est me-

trum

trum & quædam quaſi modulatio Oratoria, ut tota etiam Epiſtola ſublimitatem quandam Oratoriam redolet. qua de re digna ſunt quæ adſcribam verba Tollii in Notis ad Longinum Sect. xxxix. pag. 217. ubi de Fulcimentis Orationis Longin. *Ejusmodi*, inquit, στηριγμὸς καὶ ἀναπαύσεις *ſtatim in initio eloquentiſſimæ & neſcio an omnem Gentilium ſcriptorum ſublimitatem ſuperantis, certe adæquantis Epiſtolæ ad Hebræos reperias, quam vel hoc uno Pauli non eſſe probaverim. Sed ſunt* ἀναπαύσεις *illæ non deorſum ruentis orationis, verum contra ea in cœlum aſſurgentis* στηριγμοί. *Ita vero incipit*, Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως *&c. ubi tres conſequenter ſunt poſiti Pæones quarti cum ſyllaba poſt ſingulos remanente velut ad ſubſiſtendum, dum ita in cœlum ad Deum his veluti gradibus Scriptor aſcendit.*

CAP. XXVI.

Heſiodus quibuſdam in locis illuſtratus. Ἀρετὴ *Poëtis pro gloria & potentia. Quid* ἀνελόντα ἔσθειν ἐκ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων. Ἡ. οἴη *ſola pro præcipua & aliis præſtante.* Ἠχέτας *&* Ἀχέτας *de cicada ſonora.*

APud Heſiodum in Ἔργοις verſ. 313.

- - πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

- - *divitias virtus & gloria comitatur.*

Notavit ad hunc locum Vir Eruditiſſimus, eſſe qui

qui improbent hujus verſus ſententiam, eo quod ut plurimum divitiæ potius vitia, quam virtutes concilient. Equidem miror, neminem ex Interpretibus hic de alia vocis ἀρετῆς ſignificatione cogitaſſe. exiſtimaverim, Heſiodum hic per ἀρετὴν non intelligere διάθεσιν ἀγαθὴν, ſed potius, δόξαν, τιμὴν, vel δύναμιν. Sic apte junguntur hæc duo, ut aliter jungi ſolent in proſa, δόξα καὶ τιμὴ, & apud Homer. τιμὴ & κῦδος, *Iliad.* Γ. - ἐκ δὲ Διὸς τιμὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

& *Iliad.* Π 84. Ὡς ἄν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄροιο
Πρὸς πάντων Δαναῶν.

Heſych. alterum per alterum interpretatur, κῦδος, δόξα, ἀρετὴ, νήκη, (leg. νίκη,) τιμὴ &c. Sic ἀρετὴ apud Hom. *Iliad.* Υ. verſ. 242.

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε.

ubi Schol. εὐδαιμονίαν. Sed quid multa? Optimus & antiquiſſimus hujus Heſiodei verſus interpres eſt Plutarchus in lib. *de aud. Poët.* pag. 24. cujus verba digna ſunt quæ adſcribam. Σφόδρα δὲ δεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις ὀνόμασι προσέχειν, κατὰ πολλὰ πράγματα κινουμένοις καὶ μεθισταμένοις ὑπὸ τῶν ποιητῶν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς. ἐπεὶ γὰρ οὐ μόνον ἔμφρονας παρέχεται καὶ δικαίους καὶ ἀγαθοὺς ἐν πράξεσι, καὶ λόγοις, ἀλλὰ καὶ δόξαν ἐπιεικῶς καὶ δυνάμεις περιποιεῖ, παρὰ τοῦτο ποιοῦνται καὶ τὴν εὐδοξίαν ἀρετὴν καὶ δύναμιν ὀνομάζοντες, ὥσπερ ἐλαίαν, τὴν ἀπὸ τῆς ἐλαίας, καὶ φηγὸν

γὸν τὸν ἀπὸ τῆς φηγȣ̃ καρπὸν ὁμωνύμως τοῖς φέρȣσιν. ȣ̓κȣ̃ν ὁ νέος ἡμῖν, ὅταν μὲν λέγωσι,

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν &c.

εὐθὺς οἰέσθω λέγεσθαι ταῦτα περὶ τῆς ἀρίστης καὶ θειοτάτης ἕξεως ἐν ἡμῖν, ἣν ὀρθότητα λόγȣ καὶ ἀκρότητα λογικῆς φύσεως, καὶ διάθεσιν ὁμολογȣμένειν ψυχῆς νοȣ̃μεν. ὅταν δὲ ἀναγινώσκῃ πάλιν τό, τε,

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,

καὶ τὸ

- - πλȣ́τῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ,

μὴ καθήσθω τȣ̀ς πλȣσίȣς ἐκπεπληγμένος καὶ τεθηπὼς, καθάπερ ὤνιον εὐθὺς ἀργυρίȣ τὴν ἀρετὴν ἔχοντας, μηδ' ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτȣ̃ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολȣ́ειν νομίζων· ἀλλ' ἀντὶ δόξης ἢ ξης ἢ δυνάμεως ἢ εὐτυχίας ἤ τινος ὁμοίȣ τῇ ἀρετῇ κεχρῆσθαι τὸν ποιητὴν ἡγείσθω.

Apud Eundem Ἔργοις verſ. 748.

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν μηδὲ λόεσθαι.

Non hic ſermo eſt de iis qui ſacra facientes, carnes rapiunt ex ollis antequam ſacra ſunt peracta, uti volunt Viri quidam Docti; ſed jubentur hic homines cibum potumve capere non niſi ex vaſis, è quibus ante Diis libatum ſit, ut & lavari in hujuſmodi vaſis luſtratis, quemadmodum Græci Magiſtri ad hunc locum docuerunt, & obſervavit ὁ πάνυ Grævius. Et ne ullus dubitandi locus ſuperſit, addam inſignem Plutarchi locum, ubi hæc ipſiſſima verba citantur, in *Symp. Quæſt.* l. 1. *Qu.* 4. Ταῦτα

 γὰρ

γὰρ ἐ ποιεῖ πρὸς δεισιδαιμονίαν ἐπιφόρους, (ὡς ἔνιοί φασιν) ἀλλὰ προσεθίζει τὸ εὐχάριστον ἡμῶν καὶ κοινωνικὸν ἐν τοῖς ἀναισθήτοις καὶ ἀψύχοις πρὸς ἀλλήλους. ὅθεν ὀρθῶς μὲν Ἡσίοδος οὐδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἐᾷ παρατίθεσθαι σῖτον ἢ ὄψον, ἀλλὰ ἀπαρχὰς τῷ πυρὶ καὶ γέρα τῆς διακονίας ἀποδιδόντας. Ex quibus verbis abunde patet, Hesiodum vetare cibos apponi, & sumi è vasis, quibus non ante Diis libatum fuerit; nequaquam verò ipsum agere de carnibus ex olla raptis, antequam sacra essent facta. atque adeo phrasin ἀνελεῖν ἔσθειν, idem esse quod in prosa diceretur ἀναλαμβάνειν σῖτον ἢ ὄψον παρατιθέμενον.

In *Scuto Herc.* principio statim de Alcmena:

Ἢ οἵη προλιποῦσα δόμους καὶ πατρίδα γαῖαν
Ἤλυθεν ἐς Θήβας, μετ' ἀρήιον Ἀμφιτρύωνα
Ἀλκμήνη, θυγάτηρ λαοσσόου Ἠλεκτρύωνος.

Pro Ἢ οἵη Guietus scribendum existimat ἠοίη, *matituna.* Cl. Clericus hanc censet esse ἀπόδοσιν comparationis, cujus πρότασις cum initio Poëmatis periit. Græci magistri exponunt, ἡ ὁποία, ἡ μεγάλη, ἡ θαυμαστή. Ego vero legendum puto mutato tantum spiritu, Ἡ οἵη, i. e. μόνη, μία, *sola*, *unica.* Sic etiam incipit Epithalamium illud Histiæi Grammatici apud Lucian. *Sympos.* p. 651.

Ἡ οἵη πότ' ἄρ' ἦγε Ἀρισταινέτου ἐν μεγάροις,
Δῖα Κλεανθὶς ἄνασσ' ἐτρέφετ' ἐνδυκέως,
Προὔχουσα πασάων ἀλλάων παρθενικάων.

Unica

Vnica aliquando hæc in ædibus Ariſtæneti nobilis Cleanthis hera ſummo cum ſtudio nutrita eſt, omnes alias inter virgines excellens. Ἡ οἵη dicitur ibi Cleanthis, quia neminem habebat ſibi parem, ut apud Heſiodum Alcmena, quia γυναικῶν φῦλον ἐκαίνυτο θηλυτεράων &c. uti ſequitur verſ. 4. Οἷος enim & μόνος, ut Lat. *ſolus*, ſumuntur pro magno & præcipuo, quique aliis præſtat. Virg. 1 *Georgic.* verſ. 30.

An Deus immenſi venias maris; ac tua nautæ
Numina ſola colant: tibi ſerviat ultima Thule.

ubi Servius, *Sola*, magna, præcipua, id eſt, ſupra alios Deos marinos, quaſi melior ſis futurus, & Neptuno, & cæteris Diis marinis.

Eodem libro verſ. 264. & ſeqq.

Πὰρ δ᾽ Ἀχλὺς ἱστήκει ἐπισμυγερή τε καὶ αἰνὴ,
Χλωρὴ, ἀυσταλέη, λιμῷ καταπεπτηυῖα,
Γουνοπαχής· μακροὶ δ᾽ ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν.

ſic fere apud Ariſtophanem deſcribitur παῖς Νυκτὸς, in *Ran.* p. 276.

Μελαίνας Νυκτὸς παῖδα, - -
Φόνια, φόνια δερκόμενον,
Μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα.

ubi Sch. ad illa, Μεγάλους ὄνυχας, adnotarunt, ὡς πάνυ τὰς ψυχὰς σπαράττοντα.

Eodem libro verf. 393.

Ἦμος δὲ χλοερῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ
Ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
Ἄρχεται.

Vocabulum ἠχέτα proprie valde de cicada mascula sonora & suaviter canente dicitur apud veteres. Aristoph. habet ἀχέτας in *Pace* p. 709.

Ἡνίκ' ἂν ἀχέτας
Ἄιδῃ τὸν ἡδὺν νόμον.

ubi Scholia antiqua, Ἀχέτας ὁ τέττιξ παρὰ τὸ Ἡσιόδειον. Ἦμος δὲ σκόλιμος τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ. τοὺς ἄρρενας δὲ ᾄδοντας τῶν τεττίγων. οὕτως Ἀρίσταρχος. Sed pro σκόλιμος ibi legendum σκόλυμος. est ille versus Hesiod. 580. in Ἔργοις. Hesych. Ἀχέτης, ὁ ἄῤῥην τέττιξ, ὁ λαλίσταλος. Idem: Ἠχέτα, ἠχητικός, & Ἠχέται, ἡδύφθογγοι τέττιγες.

Cap. XXVIII.

Illustratur locus unus & alter in Tabula Cebetis. Diphthongus αι *& vocalis* ε *sæpe inter se confunduntur. Descriptio Fortunæ ex Pacuvii versibus illustratur.* Κωφὸς *quid. Conjectura proponitur, an pro* Κωρύκειον ἄντρον *non commodius legi possit* Κορυβάντειον ἄντρον *Wolfius notatus.* Πρὸς *cum casu secundo pro versus.*

IN *Tabula* Cebetis pag. 169. Edit Berkel. legitur: Ἔτι δὲ οὐχ ὁρᾷς ἔνδον τῆς πύλης πλῆθός τι γυναικῶν ἑταιρῶν, παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν; Ὁρῶ.

Ὁρᾷς· Αὗται τοίνυν Δόξαι, καὶ Ἐπιθυμίαι, καὶ Ἡδοναὶ καλοῦνται. Difficultas quædam eſt in voce ἑταιρῶν. Snecanus: *Interpres vertit ἑταιρῶν meretricum: ſed videtur potius ſociarum vertendum; nam dicuntur paulo poſt quoſdam ad ſalutem adducere, quod ſcortis non convenit.* Sed deinceps dicit, ſe ἐπέχειν, quod videat, infra vocem hanc etiam pro meretricibus uſurpari. Caſaubonus ait δόξας optime appellari meretrices ex mente Platonis, cui omnis δόξα res levis & momentanea. Sed utrumque merito refutavit Cl. Gronovius, qui aliter interpunxit hæc verba, nimirum: Πλῆθός τι γυναικῶν, ἑταιρῶν παντοδαπὰς μορφὰς ἐχουσῶν, *turbam mulierum omnigenas meretricum formas præferentium.* Si mihi liceat ſymbolam conferre ad hunc locum, dixerim, Cebetem non ſcripſiſſe ἑταιρῶν, ſed ἑτέρων, ut ſenſus ſit: *Nonne vides præterea intra portam multitudinem aliquam aliarum mulierum, omnigenas formas habentium?* Sic infra de iiſdem p. 212. Αἱ δὲ ἕτεραι γυναῖκες αἱ ἐκεῖθεν περιεγόμεναι, ἱλαραί τε καὶ γελῶσαι, τίνες καλοῦνται; Δόξαι, ἔφη. Sed pag. 178. depingit Auctor Ἀκρασίαν, Ἀσωτίαν, Ἀπληστίαν & Κολακείαν, ut mulieres κεκοσμημένας ὥσπερ ἑταῖραι εἰώθασι non vero δόξας hic ita deſcribit, ſed ἑτέρας *alias* dicit præter eam quam paullo ante depinxerat inſidentem throna, πεπλασμένην τῷ εἴδει, καὶ πιθανὴν φαινομένην, καὶ ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν

σαν ποτήριον, cui nomen Ἀπαλη. Ceterum quam frequenter in libris Græcis αι & ε confundantur inter ſe ob ſimilem, quæ olim erat, pronunciationem, notum ſatis eſt. paſſim reperimus ἕτερος pro ἑταῖρος, & vice verſa ἑταῖρος pro ἕτερος. Apud Ælian. *Var. Hiſt.* III. 2. recte in noviſſima Editione legitur πρὸς τοὺς ἑταίρους, ubi alii habebant πρὸς τοὺς ἑτέρους. Plutarch. *de Garrulitate*, p. 506. poſtquam de taciturnitate Ulyſſis dixerat, τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ πολλοὶ τῶν ἑτέρων. ubi legend. ἑταίρων. ut etiam Interp. legit, qui, *tales etiam plerique ſociorum Ulyſſis fuerunt.* atque ita ſæpe apud Plut. & nuſquam frequentius vidi αι & ε confundi inter ſe & miſceri, quam in *Codice Alexandr.* LXX. Intt. Ex. Gr. γενέσθε pro γενέσθαι *Deut.* XIV. 2. σαὶ pro σὲ *Deut.* XXVII. 45. ἑταίροις pro ἑτέροις *Deut.* XXII. 6.

Pag. 173. Ubi Fortuna depingitur Ἡ δὲ γυνὴ ἐκείνη τίς ἐστιν, ἣ ὥσπερ τυφλὴ καὶ μαινομένη τις εἶναι δοκοῦσα, καὶ ἑστηκυῖα ἐπὶ λίθου τινὸς στρογγύλου; Καλεῖται μὲν, ἔφη, Τύχη. ἔστι δὲ οὐ μόνον τυφλὴ, ἀλλὰ καὶ μαινομένη καὶ κωφή. Poſtremum illud κωφὴ reddunt *ſurda.* malim ego *bruta.* Heſych. Κωφὴ, ἀναίσθητος, i. e. *bruta, ſtupida,* atque ita vertendum eſſe docent elegantes Pacuvii de Fortuna verſus, quos habet Auctor ad Herennium:

Fortunam inſanam eſſe & cæcam & brutam perhibent Philoſophi,

Saxoque instare globoso prædicant volubili.
Ideo, quo saxum impulerit sors, eo cadere fortunam autumant.
Cæcam ob eam rem iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet.
Insanam autem ajunt, quia atrox, incerta instabilisque sit.
Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.

Convenit plane illa Pacuvii descriptio Fortunæ huic Cebetis, & quæ Cebeti κωφὴ, Pacuvio est *bruta.*

Inferius, ubi agitur de eo qui à Beatitudine coronatus est, dicitur is βαδίζειν, ὅπου ἂν βούληται. πανταχοῦ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἀσφάλεια, ὥσπερ τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἔχοντι. Attulit Cebes hanc similitudinem, ut ostenderet, eum quem Beatitudo coronavit, esse in loco tuto positum. At Corycium antrum non describitur à veteribus Geographis ut locus tutus, in quo securi & liberi à periculis esse queant homines; sed amœnus, gratus & fertilis. Quæritur ergo, qua ratione hanc similitudinem adhibere potuerit Cebes. Ut quam habui aliquando hac de re conjecturam dicam, equidem mihi persuaseram, corruptum esse locum, & Cebetem de alio aliquo antro loquutum fuisse, nimirum de *Zerynthio,* quod fuit in Samothracia antrum, quo confugiebant, ut a periculis tutiores essent, ibique Hecatæ & Corybantibus rem sacram facie-

 bant.

bant. Schol. Ariſtoph. in *Pac.* p. 641. Οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι, ἐπεκαλȣ̃ντο τȣ̀ς δαίμονας τȣ̀ς ἐν Σαμοθράκῃ, τȣ́ς τε Κορύβαντας καὶ τὴν Ἑκάτην. ἐξ ἧς καὶ διαβόητον ἦν τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἔνθα ταύτῃ ὠργίαζον καὶ ἠλευθερȣ̃ντο. & paullo poſt: δοκȣ̃σι γὰρ οἱ μεμυημένοι ταῦτα, δίκαιοί τε εἶναι, καὶ ἐκ δεινῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Suid. Ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκȣν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ᾗ κύνας ἔθυον. ἐν κινδύνοις ȣ̃ν γενόμενοι, ἐπεκαλȣ̃ντο τȣ̀ς δαίμονας ἐπιφανῆναι καὶ ἀλεξῆσαι. ἐδόκȣν δὲ οἱ μέμυημένοι ταῦτα ἐκ τῶν δειγῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Quia autem hoc antrum Corybantibus fuit ſacrum, hinc ab iisdem aliquando etiam denominatur. Nonnus lib. XIII. *Dionyſ.* verſ. 400.

Καὶ ζαθέην Ζήρυνθον ἀκοιμήτων Κορυβάντων.

Et ſacram Zerynthum vigilantum Corybantum.

& ſi hic legeremus pro Κωρύκιον ἄντρον, Κορυβάντειον ἄντρον, melius impleretur ſimilitudo Cebetis. Forſan in veteribus Codd. fuit per compendium ſcriptúm, Κορυβειόν, unde librarii fecerunt Κωρύκιον sed ἐπέχω, nihil nunc affirmo.

Ibidem pag. 191. Οὐκȣ̃ν καὶ θύραν τινὰ μικρὰν, καὶ ὁδόν τινα πρὸς τῆς θύρας, ἥτις ȣ̓ πολὺ ὀχλεῖται, ἀλλὰ πάνυ ὀλίγοι πορεύονται, ὥσπερ δυσανύδȣ τινὸς καὶ τραχείας, καὶ πετρώδȣς εἶναι δοκȣ́σης. Wolfius hic pro πρὸς legit πρὸ, vel ſi πρὸς ſervetur, dativum ei jungendum docet,

πρὸς

πρὸς τῇ θύρᾳ, vel πρὸς ταῖς θύραις. Ego nihil mutandum censeo, nam sana satis videtur lectio; at verti non debet *ante januam*, sed *januam versus*. πρὸς enim sæpe cum gignendi casu *ad* vel *versus* significat, ut ἐπί. Xenoph. Ἀναβάσ. l. IV. p. 525. καὶ τοὺς μὲν λοχαγοὺς καὶ τοὺς ἐνωμοτάρχας πρὸς τῶν Καρδούχων ἰέναι, οὐραγοὺς δὲ καταστήσασθαι πρὸς τοῦ ποταμοῦ. *& lochagos & enomotarchas versus Carduchos pergere, extremi vero agminis ductores collocare versus fluvium.* ita πρὸς Ζεφύροιο, *Zephyrum versus* apud Poëtam. Est igitur ὁδὸς πρὸς τῆς θύρας, *via januam versus*, quod alioqui Græce dicitur, ὁδὸς φέρουσα vel ἄγουσα πρὸς τὴν θύραν. Ceterum quod attinet ad insignem hunc locum, ei similem plane observavi apud Maxim. Tyrium, *Dissert.* XXIII. pag. 236. Πολλαὶ γὰρ αἱ παρατριβαὶ καὶ ἀπατηλαὶ, ὧν αἱ μὲν πολλαὶ ἐπὶ κρημνοὺς καὶ βάραθρα ἄγουσιν, ἐπὶ τὴν Σειρήνων, αἱ δὲ ἐπὶ τοὺς λωτοφάγους, αἱ δὲ ἐπὶ τὸν Κιμμερίων δῆμον· μία δέ που τις στενὴ, καὶ ὄρθιος καὶ τραχεῖα, καὶ οὐ πολλοῖς πάνυ ὁδεύσιμος &c. *Deviæ fallacesque viæ plurimæ sunt, quarum multæ ducunt ad præcipitia, ad barathra, ad Sirenas, aliæ ad Lotophagos, aliæ ad Cimmerios: una tamen est angusta, acclivis & aspera, & paucissimis illa trita, quæ ad ipsam itineris ducit metam, quam ægre nec sine maximis molestiis multoque sudore conficere student diligentes quædam & laboriosæ animæ.*

Similiter in ſacris literis Servator noſter apud Matth. cap. VII. verſ. 13. ubi commendat bonum vitæ inſtitutum, quo pervenire poſſit homo ad ſalutem & beatitudinem, & contra dehortatur à malo vitæ inſtituto, quo homo perit in æternum, prius confert cum arcta porta & anguſta via, quam pauci calcant; poſterius cum lata & ſpatioſa, quam plurimi. Ἐισέλθετε, inquit, διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη; καὶ ἐυρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα ἐις τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί ἐισιν οἱ ἐισερχόμενοι δἰ αὐτῆς. Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι ἐισιν οἱ ἐυρίσκοντες αὐτὴν.

Cap. XXVIII.

Illuſtratur locus in Epiſt. Pauli ad Coloſſenſes. Καὶ ἐςε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, *quæ verba non indicandi modo ſed exhortandi ſumuntur.* Τὸ, πεπληρωμένοι *ad corporis juſtam ſtaturam refertur.*

IN Epiſt. *ad Coloſſenſ.* cap. II. verſ. 10. Καὶ ἐςε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι. Vulgo redduntur hæc verba: *Et eſtis in illo repleti.* Sed ſi hoc voluiſſet Paulus, ὡς γ' ἐμοὶ κριτῇ, dixiſſet, ἐν ᾧ ἐστε πεπληρωμένοι, vel καὶ ἐν αὐτῷ ὑμεῖς ἐςε πεπληρωμένοι. Ut autem nunc ſe habent verba, non mihi commode ſatis videntur cohærere cum verſu proximo: Ὅτι ἐν αὐτῷ κατ-

οικεῖ

οἰκεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς Θεότητος σωματικῶς· Καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι: *Quoniam in ipſo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, & eſtis in ipſo repleti.* Quare exiſtimaverim ego, τὸ, ἐστε hic non *indicativi* eſſe modi, ſed *imperativi*, & pendere hunc verſum à verſu 6. hoc modo: Ὡς οὖν παρελάβετε τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον, ἐν αὐτῷ περιπατεῖτε· (ἐῤῥιζωμένοι καὶ ἐποικοδομούμενοι ἐν αὐτῷ &c.) καί ἐστε ἐν αὐτῷ πεπληρωμένοι, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας. *Quemadmodum igitur Jeſum Chriſtum accepiſtis Dominum*, h. e. Quemadmodum Jeſum Chriſtum fide amplexati eſtis, & confeſſi, eum eſſe Dominum & Regem Eccleſiæ in gloriam Dei Patris, *in ipſo ambulate*, h. e. ſecundum ejus præſcriptum vitam veſtram inſtituite, *radicati & ſuperædificati in ipſo*, h. e. in ipſo tanquam firmo fundamento, ejuſque doctrina veriſſima & puriſſima ſtabiliti, corfirmati, & in dies magis magisque proficientes - - *Et eſte in ipſo completi*, h. e. & in ipſo ad juſtam menſuram, ad plenam & adultam ſtaturam corporis ſpiritualis, apti ſerviendo Chriſto capiti ſuo, perveniatis. Sic enim mihi videtur cohærere oratio ſive exhortatio Pauli, quæ metaphoris hic inſigniter floret. In voce ἐῤῥιζωμένοι eſt translatio ab arboribus bene radicatis; in ἐποικοδομούμενοι, ab ædificiis vel ſtructuris quæ fundamento poſito ſuperſtruuntur, & in πεπληρωμένοι,

μένοι, eſt metaphora à plena & juſta corporis ſtatura. ad quam alludit ſæpe Paulus in vocibus, πλήρωμα & πληρȣ̃σθαι. *Epheſ.* I. 23. Ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτȣ̃, τὸ πλήρωμα τȣ̃ πάντα ἐν πᾶσι πληρȣμένȣ. cap. III. 19. -- ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τȣ̃ Θεȣ̃. & cap. IV. verſ. 13. qui locus in primis eſt notandus, utpote qui maxime illuſtrat hunc noſtrum; Μέχρι, inquit, καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τȣ̃ υἱȣ̃ τȣ̃ Θεȣ̃ εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τȣ̃ πληρώματος τȣ̃ Χριστȣ̃. verſ. 15. Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ, ὁ Χριστός· Ἐξ ȣ̃ πᾶν τὸ σῶμα &c. In Epiſtolis ad Epheſios & ad Coloſſenſes multa ſunt ſimila, quare altera alteram ſæpe illuſtrat.

CAP XXIX.

Illuſtrantur loca quædam ex Hom. Iliad Α Συντίθεσθαι. Διάζεσθαι. *Heſychius emendatus.* Πολιὴ ἅλς. *Deorum epulum apud Æthiopas.*

APud Homer. *Iliad.* A. verſ. 76. Τοιγὰρ ἐγὼν ἐρέω, σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον. Verbum συντίθεσθαι apud Homerum eleganter pro *animadvertere* & *intelligere* uſurpatur. Sic *Iliad.* XIX. 83.

Πηλείδῃ μὲν ἐγὼν ἐνδείξομαι, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
Σύνθεσθ' Ἀργεῖοι, μῦθον δ' εὖ γνῶτε ἕκαστος.

Sed

Sed quando hanc ſignificationem habet, ſubintelligitur θυμῷ, φρενὶ vel φρεσί. quemadmodum plene dixit Poëta *Iliad.* VII. 44.

Τῶν δ' Ἕλενος Πριάμοιο φίλος παῖς σύνθετο
θυμῷ.

Βουλήν.

Odyſſ. I. τοῦ δ' ὑπερωϊόθεν φρεσὶ σύνθετο θέσπιν ἀοιδήν. atque ita hic, σὺ δὲ σύνθεο, ſupple θυμῷ, & verte: *Tu vero mentem adverte.* ut Virg.

Mentemque advertite clamans.

Perperam itaque Interpres hic habet, *paciſcere.* Optime Heſychius ad hunc locum reſpiciens, Σύνθεο, νόησον, σύνες.

Verſ. 131. Μὴδ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ'
Ἀχιλλεῦ,
Κλέπτε νόῳ.

Poëta hic laudat Achillem à corporis pulcritudine, ut alibi Hectorem, ubi dicit: Ἕκτορ εἶδος ἄριστε. Sed docet Plutarch. in l. *de Aud. Poët.* p. 34. hujuſmodi compellationes quibus aliquis à divitiis, pulcritudine corporis aut fortunæ bonis laudatur, in Poëmatis Homeri eſſe exprobrationes & convicia, & Homerum eo oſtendere, vituperio dignum eſſe, cui nullum præſtantius quam forma bonum adſit.

Verſ. 174. -- πάρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι
Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

Appoſite Euripid. *Herc. Fur.* 1338.

Θεοὶ

Θεοὶ δ' ὅταν τιμῶσιν, οὐδὲν δεῖ φίλων·
Ἅλις γὰρ ὁ θεὸς ὠφελῶν, ὅταν θέλῃ.

Ceterum hæc Homeri verba etiam adduxit Cicero *Ep. Fam.* l. III. *Ep.* 9. *Tu autem si id agis, ut minus mea causa, dum ego absum, debere videaris, quam ego tua laborem, libero te ista cura.* πάρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι.

Vers. 178. Ει μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοι τόγ' ἔδωκεν. Q. d. Non oportet te tua gloriari virtute, si fortis es & strenuus, id ex te non habes. Dei munus est. • Similis sententia est Pauli Apostoli I. *Cor.* IV. 7. Τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ γε καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι, ὡς μὴ λαβών;

Vers. 234.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα
καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλα τε καὶ φλοιόν· νῦν αὖ τέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμῃς φορέουσι.

Articulus τὸ in primo versu est pro demonstrativo τοῦτο, ut docet Hesych. in voc. τὸ, ubi καὶ ἀντὶ τοῦ τοῦτο, citatque hæc verba, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους φύσει. sed perperam ibi legitur φῦλα pro φύλλα. Porro ad vocem χαλκὸς notanda sunt verba Scholiastæ Apollonii lib. I. 430. - κόψας χαλκείῳ πελέκει. ubi Schol. Ἀπολλώνιός φησιν ἐν πρώτῳ τῶν ὑπομνημάτων, τὸν

σίδηρον

σίδηρον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων χαλκὸν λέγεσθαι, ἀγνοῶν, ὅτι μηδέπω εὑρεθέντος σιδήρου χαλκῷ ἐχρῶντο, ὡς καὶ Ἡσίοδός φησι,

> Χαλκῷ δ' εἰργάζοντο, μέλας δ' οὐκ ἔσκε σίδηρος.

Totum vero hunc Homeri locum imitatus est Virg. *Æneid.* XII. 206. ubi etiam jurat Latinus:

> *Ut sceptrum hoc (dextra sceptrum nam forte gerebat)*
> *Nunquam fronde levi fundet virgulta nec umbras,*
> *Cum semel in silvis imo de stirpe recisum*
> *Matre caret, posuitquè comas & brachia ferro,*
> *Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro*
> *Inclusit, partibusque dedit gestare Latinis.*

Vers. 351. - - αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς

> Δακρύσας, ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθεὶς,
> Θῖν' ἐφ' ἁλὸς πολιῆς, ὁρόων ἐπὶ οἴνοπα πόντον.

Achilles Tatius lib. I. pag. 29. Ἂν τὸ Χρυσηΐδος κάλλος Ἀγαμέμνων ποθῇ, λοιμὸν τοῖς Ἕλλησι ποιεῖ, ἂν τὸ Βρισηΐδος κάλλος Ἀχιλλεὺς ποθῇ, πένθος αὐτῷ προξενεῖ. Flet hic Achilles, dum ipsi eripitur Briseis. quod parum grave tanto Heroï. id quod observavit etiam Plutarch. *de aud. Poët.* p. 26. *Agamemnon*, inquit, *ridiculus est in iis, quæ in concione dicit ac gerit. Gravitatis plus adhibet & regii decori in Chryseidis negotio quam in simili causa Achilles. hic enim cum Briseis abduceretur,*

Δακρύ-

Δακρύσας ἑτάρων &c. *Agamemnon ipse in navem imponens, tradens & amandans eam, quam ante sibi uxore cariorem dixerat, turpe aut amatorium nihil agit.* Sequitur apud Homerum, ἄφαρ ἕζετο νόσφι λιασθείς. Hesych. λιασθεὶς, χωρισθείς. Idem Λιάζειν, χωρῆσαι. lege χωρίσαι. Apollon. I. 1276. Οἱ δ᾽ εἰσβαινον ἄφαρ λελιημένοι. Sequenti versu Hom. Θῖν᾽ ἐφ᾽ ἁλὸς πολιῆς. Ἅλς πολιὴ dicitur mare album à spuma, sumta metaphora ab albo & cano capite senis. Sic Apollon. I. 454. πολιῦ πρόπαρ αἰγιαλοῖο. ubi Sch. διὰ τὸ λευκαίνεσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων κλυζόμενον. Idem vers. 554. πολιῇ δ᾽ ἐπὶ κύματος ἀγῇ. Mox vero οἴνοπα πόντον, i. e. *nigrum pontum* dicit. per quem intelligit interiora & media maris, ut per ἅλα πολιὴν, ultima maris, sive eam partem quæ prope est ad littus. Eustath. inferius ad vocem Ἀργυροπέζα, τὰ ἔσχατα πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἀργύρεά εἰσιν, ὡς διάλευκα· μελάντερα δὲ τὰ ἐνδότερα.

Vers. 426.

Ζεὺς γὰρ ἐπ᾽ Ὠκεανὸν μετ᾽ ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα· (Θεοὶ δ᾽ ἅμα πάντες
ἕποντο)
Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε.

Strabo hos versus bis citat lib. I. *Geog.* & in utroque loco habet ἐς pro ἐπ᾽. pag. 2. Ὅτι καὶ Αἰθίοπες ἔσχατοι ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ δηλοῖ. ὅτι μὲν ἔσχατοι.

Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν &c.

Ὅτι δὲ ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ.

Ζεὺς γὰρ ἐς Ὠκεανὸν &c.

& p. 23. postquam tradiderat loca omnia ad Oceanum sita versus meridiem, Æthiopiæ appellatione fuisse notata, quemadmodum notæ versus Septentrionem gentes uno prius nomine Scythæ vel Nomades appellabantur, locumque ex Æschyli Prometheo soluto adducit,

Χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ

Λίμναν παντοτρόφων Αἰθιόπων.

Ceterum quod attinet ad hoc epulum Deorum apud Æthiopas, lepide, uti solet, illud ridet Lucian. in *Philopatr.* p. 767. ubi de Jove postquam ridicula quædam narraverat, addit, Τὸ δὲ καὶ Αἰθίοψι συνευωχεῖσθαι, ἀνδράσι μελαντέροις, καὶ τὴν ὄψιν ἐζοφωμένοις, καὶ ἐς δώδεχ' ἡλίας μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλ' ὑποβεβρεγμένος καθεδεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, πώγωνα τηλικοῦτον ἔχων, οὐκ αἰσχύνης ἄξια.

CAP. XXX.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη. Εἷς κοίρανος ἔστω. *Lucianus Homerum imitatus. Poëta prudentiam viribus præponit.* Ὅσον τ' ἐπὶ λᾶαν ἵησιν. Κάλλος *pro unguento. Hesychius emendatus.* Πορσύνειν λέχος, *de concubitu.* Μιαίνειν *pro miscere, tingere.*

HOmer. *Iliad.* B. vers. 205. hanc habet sententiam:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,

Εἷς βασιλεὺς, &c.

In bello plura esse capita, quam malum sit, sæpe docuit experientia. Livius. IV. 31. *Tres* (tribuni militum consulari potestate) *delectu habito profecti sunt Vejos, documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset. tendendo ad sua quisque consilia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti. incertam namque aciem, signum aliis dari receptui, aliis cani jubentibus, invasere opportune Vejentes.* Experti sunt hoc ipsum etiam Athenienses, qui quando plures exercitui præficiebant duces, ut apud Ægos Potamos, devicti sunt. quando vero uni rem committebant, ut Cononi apud Cnidum, superiores discesserunt. Ceterum sententiam hanc Homeri Latine sic expressit Cornelius Nepos, *Dione*, cap. 6. *non posse bene geri rempublicam multorum imperiis.*

Vers. 364.

Ἀλλὰ ἄναξ, αὐτός τ' εὖ μήδεο, πείθεο τ' ἄλλῳ.

similiter Hesiodus Ἔργ. 291.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

& Artabanus ad Xerxem apud Herodot. lib. VII. cap. 16. Ἶσον ἐκεῖνο ὦ βασιλεῦ παρ' ἐμοὶ κέκριται, Φρονέειν τε εὖ, καὶ τῷ λέγοντι χρηστὰ ἐθέλειν πείθεσθαι.

Vers. 366.

Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα, κατὰ φρήτρας Ἀγάμεμνον,
Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις.

Ad posteriorem hunc versum allusit, & jocose παρῴδησε Lucianus, *Reviviſc.* in principio, ubi Philosophi Lucianum, qui ipsos ut mancipia vendi fecerat, lapidibus ac fustibus excepturi sunt. sic incipit Socrates, aliosque hortatur, Βάλλε βάλλε τὸν κατάρατον τοῖς ἀφθόνοις λίθοις - - παῖε τοῖς ξύλοις, ὅρα μὴ διαφύγῃ, καὶ σὺ ὦ Πλάτων βάλλε, καὶ σὺ ὦ Χρύσιππε, καὶ σύ. πάντες ἅμα ξυνασπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς πήρη πήρηφιν ἀρήγῃ, βάκτρα δὲ βάκτροις. Ceterum ex veteribus quidam in eo reprehenderunt Homerum, quod φῦλα φύλοις & φρατρίας φρατρίαις conjunxerit in acie, non vero ἐραστὴν ἐρωμένῳ. Apud Plutarch. *Symp.* lib. 1. *Qu.* 2. p. 618. Δοκεῖ γάρ μοι καὶ τὸν Ὅμηρον οὐκ ἀδίκως ὁ Θηβαῖος αἰτιάσασθαι Παμμένης ὡς τῶν ἐρωτικῶν ἄπειρον, ὅτι φῦλα φύλοις συνέταξε· δέον ἐραστὴν μετὰ ἐρωμένου παρεμβάλλειν, ἵνα ᾖ σύμπνους ἡ φάλαγξ δι' ὅλης ἔμψυχον ἔχουσα δεσμόν.

Verſ. 375.

Αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη, καὶ Ἄπολλον
Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

Anteponit hic, ut & alibi, Poëta prudentiam viribus: probe enim noverat, σοφὸν ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷν, ut dixit Euripides. quem versum etiam habet Plutarch. in

 lib.

lib. *an ſeni gerenda reſp.* p. 790. cum adhibuiſſet hoc Neſtoris exemplum, ad probandum, ſenum eſſe imperare, juvenum parere. ubi multa habet ad hanc rem pertinentia, lectu digna. Ceterum ad hunc Homeri locum reſpexit Tullius in *Cat. Maj.* cap. 10. *Ex ejus* (Neſtoris) *lingua melle dulcior fluebat oratio: quam ad ſuavitatem nullis egebat corporis viribus. & tamen Dux ille Græciæ nuſquam optat, ut Ajacis ſimiles habeat decem, at ut Neſtoris: quod ſi acciderit, non dubitat, quin brevi Troja ſit peritura.*

Homer. III. *Iliad.* verſ. 10. - ὀμίχλην

Ποιμέσιν ὔτι φίλην, κλέπτῃ δέ τε νυκτὸς ἀμείνω,
Τόσσον τίς τ᾽ ἐπιλεύσσει, ὅσον τ᾽ ἐπὶ λᾶαν ἵησιν.

Intelligit hic Poëta per κλέπτην potiſſimum, fures ovium & caprarum, qui in denſa caligine noctis aliunde facile ſeptum ovium inſcio paſtore aſcendere poſſunt, oveſque furari. Sic apud Joan. *Euang.* X. 1. Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ μὴ εἰσερχόμενος διὰ τῆς θύρας εἰς τὴν αὐλὴν τῶν προβάτων, ἀλλὰ ἀναβαίνων ἀλλαχόθεν, ἐκεῖνος κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής. Porro quod in ſequenti verſu eſt, ὅσον τ᾽ ἐπὶ λᾶαν ἵησιν, id in proſa dicitur, ὅσον ἐπὶ λίθου βολὴν, uti etiam exponit Scholiaſtes, ſic loquutus eſt Lucas *Euang.* XXII. 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ᾽ αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν· καὶ θεὶς τὰ γόνατα, προσηύξατο. quod Matth. XXVI. 39. Καὶ προελθὼν μικρὸν ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ.

Verſ.

Verſ. 391. de Alexandro:

Κάλλεΐ τε στίλβων, καὶ εἵμασιν &c.

Perperam Interpres Latinus, *Pulcritudine ſplendens*. eſt enim hic κάλλ☉ non *pulcritudo*, ſed *unguentum*. Athen. *Deipn.* I. 15. docet, hoc verſu Homerum inducere Parin unguento illitum h. v. Ὅμηρος δὲ τὴν τȣ̃ μύρȣ φύσιν εἰδὼς, ȣ̓κ εἰσήγαγε. μύροις ἀλειφομένȣς τȣ̀ς ἥρωας, πλὴν τὸν Πάριν, ἐν οἷς φησι, Κάλλεϊ τε σίλβων, ὡς καὶ Ἀφροδίτη κάλλει τὰ πρόσωπα καθαίρει. Heſych. Κάλλος, τὸ τῆς Ἀφροδίτης μῦρον. Sequitur apud eundem: Καλλείμενοι πρόσωπα. Putem diviſim eſſe legendum, κάλλει μὲν οἱ πρόσωπα. nam ex Poëta hæc verba videtur adduxiſſe, ad probandum, τὸ κάλλος ſignificare *unguentum*; non igitur ita ſcribi debebat, quaſi eſſet nova aliqua vox.

Verſ. 411. Κείνȣ πορσυνέȣσα λέχος.

Heſychius hoc loco legit πορσανέȣσα, ſi ad hunc locum, quod videtur, reſpexerit. Is enim Πορσανέȣσα exponit ἑτοιμάσασα, ἐπιμελησομένη. ſed pro ἑτοιμάσασα legendum ἑτοιμάζȣσα. Atque πορσανέȣσα etiam alii legerunt, ut docet Euſt. Γράφεται δὲ, inquit, καὶ πορσανέȣσα λέχος, ὡς ἀπὸ τȣ̃ πορσαίνω ῥήματος. Ποιητικὰ δὲ ἄμφω, καὶ δηλȣ̃σι τὸ παρέχειν καὶ εὐτρεπίζειν, ὡς ἀπὸ τȣ̃ πόρω, πόρσω. Eſt autem πορσύνειν vel πορσαίνειν λέχος, *adornare*, *parare lectum*, ſed honeſte hac phraſi exprimitur concubitus. Euſt. πορσύνειν λέχος σεμνῶς εἴρηται· δῆλον γὰρ, ὅτι πορσύνειν λέχος, τὸ συγκοιτάζεσθαι.

 Simili

Simili modo Apollonius, Homeri imitator, πορσύνειν λέκτρον dixit. Sic apud eum Medea, III. 839. Ἥλικες, ὄυπω λέκτρα σὺν ἀνδράσι πορσύνουσαι. Eodem libro Jason, Ἡμέτερον δὲ λέχος θαλάμοις ἐνὶ κουριδίοισι πορσανέεις. ubi Sch. προσκτήσῃ. & pag. seq. δι' ȣ̈ τὴν συμβίωσιν σημαίνει. lib. IV. verſ. 1107. & 1119. λέκτρον δὲ σὺν ἀνέρι πορσύνουσαν. hoc aliter λέχος εἰσαναβαίνειν Heſiod Θ. 557. & λέχος ἀντιᾶν Hom. *Iliad.* A. in principio.

Iliad. IV. verſ. 141.

Ὡς δ' ὅτε τις τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ,
Μῃονὶς, ἠὲ Κάειρα.

Notanda hic eſt prima & propria ſignificatio verbi μιαίνειν, quæ eſt *miſcere* & *tingere*. Plut. in Ἐι *apud Delphos*, p. 393. Ἑτέρȣ γὰρ μίξει πρὸς ἕτερον ὁ μιασμός. ὡς πȣ καὶ Ὅμηρος ἐλέφαντά τινα φοινισσόμενον βαφῇ μιαίνεσθαί φησι. Sequitur Μῃονὶς, ἠὲ Κάειρα. Μῃονὶς eſt *Lydia*; nom Μαίονες vel Μῄονες ſunt Lydi. apud eos optimæ eſſe ſolebant tinctrices, quæ ebur & alia colore puniceo vel purpurco tingebant. Achill. Tat. p. 17. πορφύραν οἵαν εἰς τὸν ἐλέφαντα Λυδία βάπτει γυνή. Hinc illuſtrari poteſt locus in *Actis Ap.* XVI. 14. Καί τις γυνὴ ὀνόματι Λυδία, πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, σεβομένη τὸν θεὸν ἤκȣεν. Θυάτειρα enim Lydiæ civitas. Κάειρα vero, quod ſequitur, eſt Καρίνη vel Καρικὴ, *mulier ex Caria*, ubi etiam optimæ tincturæ. ſic Herodot. l. I. c. 92. Κροῖσος μὲν γὰρ ἐκ Καείρης ἦν γυναικός. & cap. 146. Οὗτοι δὲ ȣ̓ γυναῖκας

ἠγάγοντο

ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον. Steph. in voce Καρία. τὸ ἐθνικὸν Κὰρ, τό θηλυκὸν κατὰ τέχνην Κάειρα. Eust. ad *Iliad.* B. Τὸ δὲ θηλυκὸν ἐθνικὸν κατὰ τέχνην Κᾶρα, καὶ ἐν διαλύσει Καίρα διὰ τοῦ ι, ἡ δὲ χρῆσις τὴν ει δίφθογγον ἔχει, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, Μηονὶς ἠὲ Κάειρα.

Cap XXXI.

Pauca quædam ex Homeri Odyssea animadversa. Ejusdem Interpres bis terve notatus. Πῆχυς *pars arcus.*

Odyss. lib. Λ. vers. 120. ubi narrat Ulysses, quid sibi mandaverit Circe, inter alia dicens:

Ἔρχεσθαι δ' ἤπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμὸν,
Εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν
Ἀνέρες, οὐδέ θ' ἅλεσσι μεμιγμένον εἶδαρ ἔδουσιν.
Οὐδ' ἄρα τοί γ' ἴσασι νέας φοινικοπαρήους,
Οὐδ' εὐήρε' ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.
Σῆμα δέ τοι ἐρέω μάλ' ἀριφραδὲς, οὐδέ σε λήσει.
Ὁππότε κεν δή τοι ξυμβλήμενος ἄλλος ὁδίτης
Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ,
Καὶ τότε δὴ γαίῃ πήξας εὐῆρες ἐρετμὸν,
Ῥέξας ἱερὰ καλὰ Ποσειδάωνι ἄνακτι.

Ridicule reddidit Interpres Latinus versum antepenultimum. sc. *Quando ergo tibi obvius factus alius viator, dixerit se ventilabrum habere super splendido humero.* pro *dixerit se ventilabrum habere*, vertendum erat,

putaverit, te ventilabrum habere. sc. agrestis aliquis ipsi occurrens, qui nunquam mare viderat, nec naves earumque instrumenta, si videret Ulyssem humeris gestantem remum, putaret esse ventilabrum, ἀθηρηλοιγὸν, quod alio nomine πτύον. Non erant ventilabra veterum ejusdem formæ, cujus nostratia. sed erant palæ ligneæ, quibus contra ventum purgabatur frumentum. Quia jam aliquam similitudinem cum hujusmodi ventilabro sive pala habebat remus, hinc putaret rusticus, qui nunquam naves & instrumenta nautica viderat, remum Ulyssis esse ventilabrum. Videmus igitur, quantopere erraverit Interpres, vertens, *dixerit se ventilabrum habere.* similiter infra erravit. *Od.* Ψ. ubi hæc repetuntur,

Ὁππότε κεν δή μοι ξυμβλήμενος ἄλλος ὁδίτης
Φήῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν ἀνὰ φαιδίμῳ ὤμῳ.

ubi Int. *Quando mihi obvius alius viator*
Apparuerit ventilabrum tenere super
illustri humero.

debuerat versum ultimum sic reddere:

Putaverit me claro humero gestare ventilabrum.

In *Odyss.* libro T. vers. 66. habetur,

Ξεῖν' ἔτι καὶ νῦν ἐνθάδ' ἀνιήσεις διὰ νύκτα
Δινεύων κατὰ οἶκον.

Vertunt: *Hospes adhuc & nunc huc venisti per noctem*
Frequentans in domo.

At

At non vertendum erat ἐνθάδ' ἀνιήσεις, *huc venisti*, sed, *hic molestus eris*: est enim ἀπὸ τῦ ἀνιῶν, quod verbum satis notum.

Sub finem *Odyss.* Φ.

> Εἵλετο δ' ὠκὺν ὀϊστὸν, ὅς οἱ παρέκειτο τραπέζῃ
> Γυμνός· τοὶ δ' ἄλλοι κοίλης ἔντοσθε φαρέτρης
> Κείατο, τῶν τάχ' ἤμελλον Ἀχαιοὶ πειρήσεσθαι.
> Τὸν ῥ' ἐπὶ πήχει ἑλὼν, ἕλκεν νευρὴν &c.

ultima verba Latine sic reddita reperiuntur:

Hanc in brachio capiens, traxit chordam.

Nescio quomodo πῆχυν *brachium* vertere potuerit. significat quidem *cubitum*, ut notum est. At hoc loco nequaquam sumi potest pro parte corporis humani; sed pro parte arcus. Hesych. Πῆχυς, νεῦρον, ἢ τὸ τῦ τόξυ μέσον· ἔνιοι τὰ ἄκρα. & Sch. ad hunc locum, πήχει, τῷ τῦ τόξυ κέρατι. & Eust. Ἐπὶ πήχει ἑλὼν, ἀντὶ τῦ, κρατήσας καὶ θεὶς τὸν οἰςὸν ἐπὶ τῷ πήχει τῦ τόξυ, ἤγυν τῷ κέρατι. verto igitur verba Homeri,

Hanc (sagittam) *postquam applicasset medio arcus, traxit chordam.*

CAP. XXXII.

Quid apud Paulum Παρακαλεῖν *&* Παράκλησις ἐν Χριςῷ. *Voculæ* ἐν *&* διὰ *in N. T. usurpantur in formulis obtestandi & jurandi, ut apud Latinos, per. Vet. Gr.* νὴ, πρὸς, *&* ὑπέρ.

IN Epistola Pauli *ad Philippenses* cap. II. vers. I. habetur: Εἴ τις ῦν παράκλησις ἐν

Χριςῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, &c. vertunt. *Si quæ igitur consolatio in Christo, si quod solatium charitatis.* Malim ego prius illud, Εἴ τις ὖν παράκλησις ἐν Χριςῷ vertere, *Si qua igitur obtestatio per Christum.* Nam ut παρακαλεῖν ἐν Χριςῷ non est *solari in Christo*, sed *obsecrare & obtestari per Christum* quam phrasin habet Apostolus, II *Thessal.* IV. I. Τὸ λοιπὸν ὖν ἀδελφοὶ ἐρωτῶμεν ὑμᾶς καὶ παρακαλῶμεν ἐν κυρίῳ Ἰησῦ - - ἵνα. *Quod reliquum est igitur fratres, rogamus atque obsecramus vos per Dominum Jesum, ut* &c. quæ vulgo male redduntur, *Rogamus & monemus vos in Domino Jesu.* ut etiam Belgæ: **Wy bidden en vermanen u in den Heere Jesu /** cum sonent, **Wy bidden en smeeken u om des Heeren Jesu wille.** ita etiam παράκλησις ἐν Χριςῷ est *obtestatio per Christum.* Observandum est, præpositionem ἐν in N. T. usurpari in formulis *obsecrandi*, ut & *jurandi*, quemadmodum apud Latinos *per.* Sic *Rom.* IX. I. Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριςῷ, ὐ ψεύδομαι, *vera loquor per Christum, non mentior.* II *Cor.* XII. 2. Οἶδα ἄνθρωπον ἐν Χριςῷ, *Novi hominem per Christum.* I *Tim.* II. 7. Ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριςῷ, ὐ ψεύδομαι. *Matth.* V. 34. 35. 36. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμόσαι ὅλως· μήτε ἐν τῷ ὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐςὶ τῦ Θεῦ. Μήτε ἐν τῇ γῇ &c.

Et ut vocula ἐν, sic etiam διὰ in *obsecrandi* modis adhibetur. *Rom.* XII. I. Παρακαλῶ ὖν

ἐν ὑμᾶς ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ. & cap. XV. 30. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ πνεύματος. I *Cor*. I. 10. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. II *Cor*. X. I. παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πρᾳότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ. ita Novi Teſtamenti Scriptores διὰ adhibent ad imitationem Latinorum, qui in illis formulis *per* uſurpant. Occurrit præterea vox ἐνώπιον ſic fere uſurpata, *Galat*. I. 20. Ἃ δὲ γράφω ὑμῖν, ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὐ ψεύδομαι. & II *Timoth*. III. 14. Διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ κυρίου. Solent vero Græci antiquiores pro hiſce potius in formulis hujuſmodi uſurpare voculam νὴ cum accuſ. πρὸς cum caſu ſecundo, vel ὑπέρ. Voculas νὴ & πρὸς ſic uſurpari ſatis conſtat. Adnotabo tantum, ὑπὲρ ſic etiam occurre. Hom. *Iliad*. X. ubi Hector.

Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων σῶν τε τοκήων.

Precor per animam & genua tua tuoſque parentes.

& *Iliad*. Ω.

Καί μιν ὑπὲρ πατρὸς καὶ μητέρος ἠϋκόμοιο
Λίσσεο.

Et ipſi per patrem matremque bene comatam
Supplica.

Apol-

Apollon. *Argon.* l. III. pag. 701.

Λίσσομ' ὑπὲρ μακάρων.

Precor per Deos.

Cap. XXXIII.

Ælianus in Hist. Anim. aliquoties illustratus, semel emendatus. Interpres notatus.

Ælian. *H. Anim.* VI. 1. de Icco Tarentino: Ὡς Ἴκκος ὁ Ταραντῖνος, ὅνπερ οὖν ὑμνεῖ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος παρὰ τὸν τῆς ἀθλήσεως χρόνον πάντη (vel πάντα) συνουσίας ἀμαθῆ καὶ ἄπειρον διαμεῖναι ἁπάσης. Locus Platonis, ex quo hæc adnotavit Ælianus, est lib. VIII. *de Legibus.* ubi de eodem, οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο, οὐδ' αὖ παιδὸς, ἐν ὅλῃ τῇ τῆς ἀσκήσεως ἀκμῇ. Hoc ipsum de hoc luctatore tradidit Ælianus in *Var. Hist.* XI. 3. Ceterum pergit hic de eo Auctor, dicens, eum hoc fecisse, ut præmia assequeretur, & ut vivus suspiceretur & mortuus illustraretur. καὶ ζῶντα μὲν περιβλέπεσθαι, καὶ ἀποθανόντα δὲ εὐφημεῖσθαι. Observandum est verbum περιβλέπεσθαι, quod dicitur de eo, qui ab aliis suspicitur, qui oculos aliorum in se convertit. verbum hoc etiam legitur, & ex Euripide citatum, in *Var. Hist.* II. 12. ubi, Ὅς τις δὲ ἐρᾷ φθονεῖσθαι, τοῦτο δὲ τοῦ Εὐριπίδου, Περιβλέπεσθαι σπεύδει. quod merito in textum recepit Cl. Perizonius pro priori Περιβλάπτεσθαι.

Eodem

Eodem lib. cap. 3. ubi agit de urſæ partu, & pariendi tempore, inter alia dicitur, quod in luſtro latitet quadraginta dies, ſed τετλάρων ἡμερῶν habetur in textu, corrupte, τετλαράκοντα ſcribendum, ut in margine, Sic enim de iiſdem Ariſtoteles lib. VIII. περὶ ζώων ἱστορίας. Τὸ δὲ ἐλάχιστον φωλεῖ περὶ τετλαράκοντα ἡμέρας. citat ipſe Auctor mox Ariſtotelem, καὶ λέγει μὲν Ἀριστοτέλης, ὅτι ἄρα δὶς ἑπτὰ ἡμερῶν ἀκίνητος μένει καὶ ἀτρεμεῖ. verba Ariſtotelis ſunt loco dicto, τούτων (ἡμερῶν τετλαράκοντα) δὲ δὶς ἑπτὰ λέγουσιν, ἐν αἷς οὐδὲν κινεῖται. Ex eo autem, quod illis diebus plane ab omni abſtineat pabulo latitans in luſtro, fit ut nonnihil coaleſcat ipſi inteſtinum. quod dum ſentit, ὅταν προέλθῃ, τοῦ καλουμένου ἄρου τοῦ ἀγρίου ἐσθίει. ita Ariſtot. Λέγεται δὲ διὰ τὸ μηδὲν προσφέρεσθαι τὸ ἔντερον ὀλίγον συμφύεσθαι αὐτῇ. καὶ διὰ τοῦτο πρῶτον ἐξιοῦσαν γεύεσθαι τοῦ ἄρου, πρὸς τὸ ἀφεστάναι τὸ ἔντερον καὶ διευρύνειν. herba igitur illa, qua ſibi medentur urſæ, vocatur ἄρον; Ariſtot. l. IX. περὶ ζώων ἱστορ. Καὶ ὅταν (ἄρκτοι) ἐκ τοῦ φωλεοῦ ἐξέλθωσι, πρῶτον τὸ ἄρον ἐσθίουσι.

Lib. VI. cap. 53. de canibus Ægyptiis narrat, quod metu ferarum Nili οὐ πίνουσιν ἐπικύψαντες, ὡς ἂν μή τι τῶν κάτωθεν ἀνερπύσαν, εἶτα ἐξαρπάζοιεν αὐτούς. οὐκοῦν τὴν μὲν ὄχθην παραθέουσι, λάπτουσι δὲ τῇ γλώττῃ, ἁρπάζοντες, ὡς ἂν εἴποι τις, ἢ καὶ τὴ Δία κλέπτοντες τὸ πόμα. vertitur: *ne quid eorum quæ infra aquam degunt, emi-*

neat

neat foras: ipsosque obtorta gula de ripa in altitudinem abripiat, non inclinatione corporis abjecta incumbunt ad bibendum: sed ut primum ad ripam accesserunt, festinanter & in transcursu lingua lambentes, rapiunt, ac certe ut ita dicam, potionem furantur. Minus accurate in pluribus. verte potius: *non bibunt inclinantes sese, ne qua ex illis quæ sub aquis sunt (feris) emergat, atque ita abripiat illos: quare per ripam cursant, linguaque lambunt, rapientes, ut diceret aliquis, aut etiam per Jovem, furantes potum.* Παραθέειν τὴν ὄχθην, ut alia mittam, non est *ad ripam accedere*, sed *cursare per ripam.* habet etiam phrasin Ælianus noster, immo ipsissimam hanc narrationem de canibus Ægyptiis in *Var. Hist.* I. 4. Ουκ ἀθρόως, ὐδὲ ἀνέδην, ὐδὲ ἐλευθέρως ἐκ τῦ ποταμῦ πίνυσιν, ἐπικύπτοντες ἅμα, καὶ ὅσον διψῶσι λάπτοντες· Ὑφορῶνται γὰρ τὰ ἐν αὐτῷ θηρία. Παραθέυσι δὲ τὴν ὄχθην, καὶ παρακλέπτοντες, πίνυσιν, ὅσον ἁρπάσαι, καὶ πάλιν. &c.

Lib. IX. cap 31. de Thonide Ægyptio narrat, quo pacto is Helenam, à Menelao ipsi traditam deperierit, uxor vero Thonidis Polydamna re ex Helena intellecta, in Pharum eam exposuerit, data herba serpentibus illic abundantibus adversa. Thonem autem vel Thonidem hunc vocat τῶν Ἀιγυπτίων βασιλέα, ut etiam infra lib. XV. cap. 13. Θώνιδος βασιλεύοντος. & Strabo l. XVII. p. 550. Καὶ Θῶνίν

τινα

τινα πόλιν ἐνταῦθά φασιν ἐπώνυμον τῦ βασιλέως τῦ δεξαμένυ Μενέλαόν τε καὶ Ἑλένην ξενία. Eustath. ad *Odyss.* IV. 228. βασιλέα τὸ κατὰ Κάνωβον Νειλῷον στόματος. Herodotus vero l. II. cap. 113. Φύλακον τῦ στόματ© τῦ Κανωβικῦ. Ceterum de herba illa Helenæ dicit Ælianus: τὴν δὲ αὐτὴν καταφυτεῦσαι, καὶ χρόνῳ ἀναθῆλαι καὶ ἀφιέναι σπέρμα ἐχθρὸν ὄφεσι, καὶ μέντοι καὶ ἐν τῇ Φάρῳ θηρίον τοιόνδε γενέσθαι, κληθῆναι δὲ τὴν πόαν ἑλένιον λέγυσι οἱ ταῦτα εἰδέναι δεινοί. Verba illa θηρίον τοιόνδε non expressit Interpres. in τῷ, θηρίον videtur esse mendum. Gesnerus in margine adnotavit, legendum forte Φυτόν. Sed illud Φυτὸν nimium recedit à characteribus vocis θηρίον. Crederem ego Ælianum scripsisse θηριακὸν, Græcis enim θηριακὸν vocatur medicamentum contra ictus morsusve venenatorum animantium, quæ medicis κατ' ἐξοχὴν appellantur θηρία. Porro herbam hanc Helenium dictam in vino epotam contra serpentium ictus auxiliari tradunt etiam Dioscorides l. I. cap. 26. & Plinius lib. XXI. cap. 91.

Lib. X. cap. 21. de Crocodilo. Κύει δὲ ἄρα τὸ ζῶον ἑξήκοντα ἡμέραις, καὶ τίκτει ὠὰ ἑξήκοντα, καὶ τοσαύταις ἡμέραις θάλπει αὐτά. - λοχεία τε αὐτῶν ἐς τοσῦτον πρόεισιν ἀριθμὸν, καὶ ἔτη βιοῖ ἑξήκοντα. Similiter de eodem Plutarch. in *Isid.* & *Osir.* p. 381. Ἑξήκοντα δὲ (ὠὰ) τίκτυσιν, καὶ τοσαύταις ἡμέραις ἐκλέπυσι, καὶ τοσύτυς ζῶσιν ἐνιαυτὺς οἱ μακρότατον ζῶντες, ὃ τῶν μέτρων πρῶ-

πρῶτόν ἐστι τοῖς περὶ τὰ οὐράνια πραγματευομένοις.

Lib. x. cap. 46. ubi agit de Oxyryncho Nili pisce, dicens Oxyrynchitas ab eo nomen habentes sacrum habere hunc piscem, ἀγκίστρῳ, inquit, δὲ θηραθέντα ἰχθὺν, οὐκ ἄν ποτε φάγοιεν οἵδε ἄνδρες, δεδιότες μήποτε ἄρα αὐτῷ περιπαρεὶς ἔτυχεν ὁ παρὰ σφίσιν ἱερὸς καὶ θαυμαστὸς ἰχθύς &c. Id ipsum de Oxyrynchitis testatur Plutarch. *de Iside & Osiride* p. 353 Ἰχθύων δὲ θαλαττίων πάντες μὲν οὐ πάντων ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται, καθάπερ ὀξυρυγχῖται τῶν ἀπ' ἀγκίστρου. σεβόμενοι γὰρ τὸν ὀξύρυγχον ἰχθὺν, δεδίασι μή ποτε τὸ ἄγκιστρον οὐ καθαρόν ἐστιν ὀξυρύγχου περιπεσόντος αὐτῷ. & eodem libro p. 380. ait, sæpe gentes dum singulæ sua defendunt animalia, injuriasque iis allatas ægre ferunt, sibi invicem infestas fieri, quemadmodum suo tempore, cum Cynopolitæ piscem oxyrynchum ederent, Oxyrynchitas canes mactatos victimarum in morem comedisse.

Cap XXXIV.

Ælianus in Hist, Anim. bis emendatus. Literæ Λ, Δ, Α, *ob similitudinem sæpe à librariis inter se permixtæ.* ΑΥΛΩΝ *pro* ΑΥΔΩΝ. ΔΟΥΛΟΝ *pro* ΛΟΥΔΟΝ *in Gloss. Ephesus a veteribus in Lydia posita. Interpres Æliani reprehensus.*

Apud Ælianum *Hist. Anim.* lib. xii. cap. 9. ubi agitur de Cinclo avi, & ad probandum,

dum, eam avem jugiter movere caudam, præter alia etiam locus adducitur ex Autocratis Comici Athenienſis Τυμπανισταῖς, qui ſic ſonat: Οἷα παίζουσι φίλαι Παρθένοι αὐλῶν κόραι Κοῦφα πηδῶσαι, κόμας κ' ἀνακρούουσαι χεροῖν, Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν Καλλίσταν, καὶ τοῖν ἰσχίοιν Τὸ μὲν κάτω, τὸ δ' αὖ Εἰς ἄνω ἐξαίρουσαι, Οἷα κίγκλος ἅλλεται. Sed inſigne eſt mendum in voce αὐλῶν, quod non vidit Interpres, dum vertit: *Ludere ut ſolent blandæ virgines ſono quondam Tibiæ delectatæ* &c. quaſi vox αὐλῶν ſignificare poſſit hæc omnia, *ſono quondam tibiæ delectatæ.* At pro αὐλῶν legendum eſt Λυδῶν. Nata eſt illa corruptio ex ſimilitudine majorum characterum, quibus veteres utebantur. Frequenter inter ſe permutari reperimus Λ, Δ, Λ. ita parum differunt hæ voces, ſi majoribus ſcribas characteribus: ΑΥΔΩΝ & ΑΥΛΩΝ. unde hic pro Λυδῶν, ut ſcripſerat Comicus, & ex eo Ælianus, librarius aliquis imperitus fecit αὐλῶν. quod vocabulum hic plane eſt ἀπροσδιόνυσον. Similis erroris exemplum eſt in Gloſſario vetere, ubi legitur: Αὐθαίρετος εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, *Autoratus.* Ex quo loco unice probare voluit Cl. Salmaſius lib. *de Modo uſurarum* p. 864, αὐθαίρετον dici etiam eum qui ultro ſe in ſervitutem tradit alicui. quod nollem excidiſſe viro eruditiſſimo: nam [α] non eſt phraſis Græca, βάλλειν ἑαυτὸν εἰς δοῦλον. [β] verba illa εἰς

δῦλον ἑαυτὸν βάλλων non sunt explicatio vocis αὐθαίρετος; sed simul illa sumta, αὐθαίρετος εἰς δῦλον ἑαυτὸν βάλλων exponuntur una Latina voce, *Autoratus*. [γ] mendum est manifestissimum in voce δῦλον, quod mirum non vidisse virum perspicacissimum. pro δῦλον enim legendum λῦδον. parum differunt, si majusculis scribantur, ΛΟΥΔΟΝ & ΔΟΥΛΟΝ. Λοῦδος autem recentiores Græci dixerunt ex Lat. *Ludus*. Vid. *Gloss.* Du Cange, & in *Gloss.* Labbæi Λυδοτρόφος, *Lanista*. Atque sic esse legendum satis patet ex Latina voce *Autoratus*. Autorati enim dicuntur Lat. qui cum liberi essent, sua sponte se locabant pretio & addicebant in ludum gladiatorium, quod satis docuere Lipsius, Turnebus, & alii. Idem mendum est in *Gloss.* Lat. Gr. ubi *Autoratus*, αὐθαίρετος εἰς δῦλον (l. λῦδον) ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονομάχος. Sed ut redeam eo unde diverteram, similis de Lydorum virginibus Ephesiam Dianam colentibus locus est apud Aristophanem in *Nubibus* pag. 162.

Ἧ τ' Ἐφέσυ μάκαιρα πάγ-
Χρυσον ἔχεις οἶκον, ἐν ᾧ
Κόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβυσιν.

ubi itidem vocantur Κόραι Λυδῶν, ut hic. Λυδῶν autem dicit uterque, non Ἰώνων, quia veteres Ephesum non in Jonia, sed in Lydia posuere. Herodot. l. 1. Αἱ δὲ ἐν τῇ Λυδίᾳ· Ἔφεσος· Κολοφὼν, Λέβεδος &c. Steph. Ἔφεσος, πόλις Ἰωνίας.

Ἰωνίας· Ἡρόδοτος δὲ Λυδίας αὐτήν φησιν. Schol. Comici ad verba modo adducta. ὅτι τῆς Λυδίας τὸ παλαιὸν ἡ Ἔφεσος.

Lib. XIII. c. 24. Ξενοφῶν δὲ ὑπὲρ κυνῶν λέγει καὶ ταῦτα δεῖν εἰς τὰ ὄρη πολλάκις ἄγειν αὐτὰς, τὰ δὲ ἔργα ἧττον τοὺς γάρ τοι τριμμοὺς ἐκ τῶν ἐνεργῶν χωρίων λυπεῖν τε αὐτὰς καὶ σφάλλειν. λῷον δ' εἶναι ὁ αὐτός φησιν ἐις τὰ τραχέα ἄγειν, καὶ κέρδος γε ἐκεῖνο πρὸς τοῦτο διδάσκει· εὔποδάς τε αὐτὰς γίνεσθαι, καὶ ἀλτικωτέρας ἐκπονοῦσας τὸ σῶμα. &c. Reperiuntur hæc apud Xenoph. lib. *de Venat.* p. 978. h. v. Ἄγειν δὲ ἄμεινον τὰς κύνας τὰ ὄρη πολλάκις, τὰ δὲ ἔργα ἧττον. τὰ μὲν γὰρ ὄρη οἷόν τε ἐστὶ καὶ ἰχνεύειν καὶ μεταθεῖν καθαρῶς, τὰ δὲ ἔργα οὐδέτερα, διὰ τοὺς τριμμούς. ἔστι δὲ καὶ ἄνευ τοῦ εὑρίσκειν τὸν λαγὼ ἀγαθὸν ἄγειν τὰς κύνας τὰ τραχέα· καὶ γὰρ εὔποδες γίγνονται, καὶ τὰ σώματα διαπονοῦσαι ἐν τόποις τοιούτοις, ὠφελοῦνται. In his Xenophontis verbis notanda est loquutio, ἄγειν τὰς κύνας τὰ ὄρη, & τὰ τραχέα. Æmilius Portus ad hunc locum durum ait loquendi genus videri, nisi dicas τὸ ἄγειν simplex esse pro comp. μετάγειν, ut paullo post dicitur τὰ ὄρη μεταθεῖν. vel esse ἔλλειψιν τῆς κατὰ. vel etiam ob similitudinem syllabæ sequentis τὰ, præpositionem κατὰ per imprudentiam esse præteritam. hactenus Portus. Secundum illud quod dixit Portus de ellipsi præpositionis in hoc loquendi genere, procul dubio verum est, si non scripsit Xenophon ἄγειν ἐις τὰ ὄρη & ἐις τὰ τραχέα, quemadmodum habet

Ælianus. Præterea obſervandum eſt, Xenophontem hic non habere vocem ἀλτικωτέρας, quæ eſt apud Ælianum.

Lib. XVI. cap. 18. de teſtudine Indica fluviatili, quæ teſtam, χελώνιον, inquit, ἔχει σκάφης οὐ μεῖον τελείας, χορηγοῦν ἕκαστον μεδίμνους δέκα ὀσπρίων. Sed pro χορηγοῦν leg. χωροῦν, *capiens.* quemadmodum lib. III. c. 34. Πτολεμαίῳ τῷ δευτέρῳ φασὶν ἐξ Ἰνδῶν κέρας ἐκομίσθη, καὶ τρεῖς ἀμφορέας ἐχώρησεν. & lib. V. c. 3. Ἀγγεῖα γὰρ κεραμεᾶ ὅσον κοτύλην ἕκαστον χωροῦντα. Joannes in *Euang.* cap. II. verſ. 6. Ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἕξ, κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, χωροῦσαι ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς. II *Paralip.* IV. 5. - - χωροῦσαν μετρητὰς τρισχιλίους.

Lib. XVII. cap. 32. narrat Auctor de piſcibus Oxyrynchis, qui in lacu Caſpio capiuntur: οὐκοῦν, inquit, οἱ Κάσπιοι θηρῶσιν αὐτοὺς, καὶ διαπάσαντες ἁλσὶ καὶ ταρίχους ἐργασάμενοί τε καὶ ἀποφήναντες αὔους, ἐπισάξαντες καμήλοις, κομίζουσιν εἰς Ἐκβάτανα &c. Neſcio quomodo Interpres principium horum verborum reddere potuerit: *Eos Caſpii captos diſtrahunt.* niſi forte legerit pro διαπάσαντες, διασπάσαντες. peſſime. Eſt autem διαπάζειν ἁλσὶ, *ſale conſpergere.*

CAP.

CAP. XXXV.

Exponitur locus in Epist. ad Rom. Προσαγωγεὺς, *sequester.* Προσαγωγὴ, *accessus ad reges, ad Deum, per interpretem.* Χάρις *pro doctrina Euangelii.*

IN Epistola Pauli *ad Romanos* cap. v. vers. 2. habetur: Δι' ὃ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν. Hæc verba vulgo ita construi & intelligi solent; *Per quem* (Christum) *etiam accepimus adductionem* vel *accessum fide ad gratiam hanc in qua stamus.* ut illa verba, εἰς τὴν χάριν ταύτην pendeant à voce προσαγωγήν. Sic etiam Belgæ Interpretes. Liceat mihi pace Doctorum Virorum paucis exponere, quonam modo mihi potius construenda videantur verba. Non putem ego, illa, εἰς τὴν χάριν ταύτην pertinere ad προσαγωγὴν, quia τὸ, προσάγειν fere construi solet, vel cum præpositione πρὸς, vel cum casu tertio, vel etiam absolute poni. ita quoque nomen inde deductum. Quod vero attinet ad vocem προσαγωγῆς, eam vi duplicis notionis verbi προσάγειν, quod & *adducere* & *accedere* notat, etiam designare *adductionem* & *accessum*, è Lexicis tritum est & pervulgatum. Sed illa vox (quod observandum hic præcipue est:) κατ' ἐξοχὴν etiam usurpatur de *accessu ad reges & principes*, qui alicui datur *per Interpretes eorum & Conciliatores*, qui Græce προσαγωγεῖς dicti sunt, Lat. *sequestri*, vulgo *ad-*

missionales. Onomast. Προσαγωγεὺς, *Sequester*, qualis apud Xenoph. dicitur προσάγειν τὺς δεομένυς τιμὴν ἔχων. Præterea etiam Græci usurparunt eandem vocem de *accessu ad Deos*, sive *colloquutionibus cum Diis per Sequestros & Interpretes.* Herodot. lib. II. p. 112. Πανηγύριας δ' ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς πρῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι. Huc respexit procul dubio Apostolus, quum dixit, δι' ὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν: Consideravit Christum tanquam Sequestrum, & Conciliatorem, per quem credentes accedunt ad Deum Patrem, & cum eo colloquuntur. Is dicitur προσάγειν ἡμᾶς Θεῷ. in I *Epist.* Petri, cap. III. vers. 18. Ὅτι καὶ Χριστὸς ἅπαξ περὶ ἁμαρτιῶν ἔπαθε, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων· ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ. Et in *Epist. ad Ephesios*, cap. II. vers. 18. dicit Paulus: Ὅτι δι' αὐτῦ ἔχομεν τὴν προσαγωγὴν οἱ ἀμφότεροι ἐν ἑνὶ πνεύματι πρὸς τὸν πατέρα. ubi plenius loquitur, addens, πρὸς τὸν πατέρα. hoc vero loco absolute & concise dixit ἐσχήκαμεν προσαγωγὴν, subintellecto πρὸς τὸν πατέρα, vel πρὸς τὸν Θεὸν, quod præcesserat versu primo, ut vers. II. δι' ὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν.

Reliquum nunc est, ut ostendam, quo referenda sint verba εἰς τὴν χάριν ταύτην, si non pertineant ad προσαγωγήν. Equidem ea refero ad proxime præcedens vocabulum, τῇ πίστει, ut dicatur τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν, pro *fide adhibita gratiæ.*

tiæ. Sicut enim recte dicitur πιϛεύειν εἰς τι, ex. gr. πιστεύειν εἰς τὴν μαρτυρίαν, (ut Joannes alibi loquitur:) ita etiam recte dicitur πίστις εἰς τὴν χάριν. Intelligo autem per χάριν doctrinam Euangelii de gratia Dei. ut in *Euang.* Joan. cap. I. 17. *Tit.* II. II. I Pet. v. 12. & alibi ſæpius. ita etiam Chryſoſtomus hîc: Ποίαν, εἰπέ μοι, χάριν; τὸ καταξιωθῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως, τὸ τῆς πλάνης ἀπαλλαγῆναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἐπιγνῶναι. Eſt itaque ἡ πίστις εἰς τὴν χάριν, fides quæ adhibetur illi doctrinæ Euangelii.

Sequitur in hoc verſu, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν. Non convenit inter Interpretes, quo referendus ſit articulus ᾗ. Alii ad χάριν, alii ad πίστιν referunt. Eraſmus dicit, incertum eſſe, an articulus poſtpoſitivus referat *gratiam* an *fidem.* Grotius refert ad *fidem.* Ego vero nullus dubito, quin referendus ſit ille articulus ad proxime præcedens, χάριν. Eſtque ἑστηκέναι ἐν τῇ χάριτι, *perſtare in illa doctrina Euangelii, ab ea non recedere.* Eodem modo loquutus eſt Petrus in I Epiſt. v. 12. (qui locus non parum hunc illuſtrat:) - - παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ Θεοῦ εἰς ἣν ἑστήκατε.

Additur denique in fine verſus: καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Pro τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ in al. cod. eſt, τῆς δόξης τῶν υἱῶν τοῦ Θεοῦ. quomodo legit etiam Vulgatus, qui

vertit, & *gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* quæ lectio non eſt ſpernenda. Simili fere modo loquutus eſt etiam Paulus infra in hac Epiſt. cap. VIII. verſ. 21. Ἐπ' ἐλπίδι, ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δυλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τῦ Θεῦ.

CAP XXXVI.

Heſychius in quibuſdam vocibus lit. A. emendatus.

QUam ſit corruptum Heſychii Lexicon inſigne & eruditionis plenum, ſatis experiuntur illi, qui quotidie id verſant. A mendis autem ſuis illud omnino liberare atque purgare, hoc opus, hic labor erit. Elegantiorem quidem ejus editionem nobis exhibuit Doct. Schrevelius, cum adnotationibus multorum Eruditiſſimorum Virorum, quæ multis locis, fateor, inſignem affuderunt lucem. Multa tamen ſuperſunt obſcuriora, quæ intacta ſunt relicta, & in quibus emendandis & reſtituendis ingenium ſuum alii exercere poſſunt. Collegi etiam ego emendationes quaſdam & obſervationes ad hunc Lexicographum, quarum ſpecimen heic exhibere non ab re mihi viſum fuit.

Ἀγαλματοφόρος, ὡς ἄγαλμα ἐν τῇ ψυχῇ.] Deeſſe videtur in explicatione hujus vocis participium φέρων vel φορῶν, ut ſenſus ſit, *imaginem rei in animo ferens.* Sic Philo uſus eſt verbo

verbo ἀγαλματοφορεῖν in *Leg. ad Cajum* p. 791. Ἐν ταῖς ψυχαῖς ἀγαλματοφορῦσι τὰς τῶν διατεταγμένων εἰκόνας: *In animis circumferunt præceptorum imagines.* Idem *Somn.* pag. 444. ὑπὸ καρδίας ἀγαλματοφορεῖσθαι. ubi interpres male, *circa cor delubrum habere.* Suidas: Ἀγαλματοφορῦμενος, ἀγάλματα ἤτοι τύπους τῶν νοηθέντων φέρων ἐν ἑαυτῷ. ὕτω Φίλων.

Ἀγρειμαὶς, ἄγε δὴ, ὅπως δή.] Pro Ἀγρειμαὶς legendum est Ἄγρει μάν. Sic Homer. *Iliad.* E. vers. 765.

Ἄγρει ἔμάν οἱ πορσον Ἀθηναίην ἀγελείην

ubi Schol. exponit ἄγε δή. iterum *Iliad.* H. 459.

Ἄγρει μὰν ὅτ᾽ ἂν αὖτε καρηκομόωντες Ἀχαιοί,

ubi etiam Sch. ἄγε δὴ, ut hic Hesych. Habet etiam ἄγρει Apollon. I. 486.

Ἀγκοπτὴρ, σφύρα ἀγκοίνησιν, ἀγκάλαις.] Distingue, Ἀγκοπτὴρ, σφύρα. † Ἀγκοίνησιν, ἀγκάλαις. Paullo ante, Ἀγκοῖναι, ἀγκάλαι.

Ἀγκύλας, ὀγκίνας σκεύη ἢ χαλεπάς.] Legit Palmerius pro ἢ χαλεπὰς, ἢ κάλπας. quia κάλπη est vasis species, ut ἀγκύλη. Putem ego nihil mutandum: nam quando Hesychius addit, ἢ χαλεπὰς, indicat, esse etiam femininum plur. nominis adjectivi, ἀγκύλος, *durus*, *difficilis.* Ipse Ἀγκύλον mox exponit, σκολιὸν, στρεβλόν.

Ἀιψηρὰ, ταχέα, κῦφα, - - Ἀρίσταρχος δὲ ἐπὶ τῷ, λῦσαν δ᾽ ἀγορὴν αἰψηρήν. ἀντὶ τῦ αἰψηρῶς, ταχέως.] Pro λῦσαν lege λῦσεν. est enim ex *Odyss.* B. 257.

Ὡς δ' ἄρ' ἐφώνησεν· λῦσεν δ' ἀγρὴν ἀιψηρήν.

Ἀκρώνια, ἀθροισμός.] Ad hanc vocem Guiet. An Ἀκρωνία? Recte. scribendum Ἀκρωνία. habet Æschyl. *Eumen.* 278.

Κακῦ τε χλῦνις ἠδ' ἀκρωνία.

ubi Schol. exponit κακῶν ἄθροισις, addens -- Ἡρωδιανὸς τὸ σύςημα καὶ ἄθροισμα.

Ἀμπεπαλὼν, διασείσας, κινήσας.] Nescio, cur Salmasius hic pro κινήσας legat κίνητας. Infra Auctor πάλλειν exponit κινεῖν.

Ἀμύξεις, καταξέσεις σπαράξεις. τὴν ψυχὴν ἀνιώμενος.] Notat hic G. legendum forte, Ἀμύξεις, καταξέσεις, σπαράξεις. Ἀμυχθεὶς, τὴν ψυχὴν ἀνιώμενος. Putavit V. D. hic deesse participium. Mihi vero nihil deesse videtur. tolli tantummodo debet distinctio post σπαράξεις. Respexit Hesychius ad locum Poëtæ, qui est *Iliad.* A. vers. 243.

-- σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις.

Χωόμενος.

Jam θυμὸν ἀμύξεις χωόμενος Schol. exponit, τὴν ψυχὴν σπαράξεις λυπέμενος. Hesych. hic, σπαράξεις τὴν ψυχὴν ἀνιώμενος. Sæpe Hesych. unum verbum ex Poëta ponit, & simul totam phrasin explicat. Hinc patet, quantæ sit utilitatis uti hoc Lexicographo ad Auctores Græcos explicandos, utpote qui optime ad sensum Auctorum vocabula exponat. Ceterum ut obiter verbum addam de phrasi, θυμὸν ἀμύσσειν, quemadmodum Homerus, ita Æschylus Homeri æmulus

æmulus καρδίαν ἀμύζσειν dixit in *Persis*.

Καί με καρδίαν ἀμύζσει φροντίς.

iterum eadem Fabula:

Ταῦτά μοι μελαγχίτων φρὴν ἀμύζσεται φόβῳ.

ubi Schol. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ, σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Tranſlate autem ſic dicitur à ritu lacerandarum veſtium, qui apud veteres obtinebat in luctu. unde apud vatem divinum egregie: Διαῤῥήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ τὰ ἱμάτια ὑμῶν, Joël. II. 13.

Ἀναθεὶς, ἀνατρέχεις, ὑποθέμενος.] Obſervandum, quod prior expoſitio ſit à verbo ἀναθεῖν; poſterior vero ab ἀνατιθέναι. Heſychius ſæpe, cum varias vocibus aſſignat ſignificationes, non habet accentuum, ut neque ſpirituum rationem. Ex. Gr. Ἀγὲν ſuperius exponit κατεαγὲν, θραυσθὲν non tantum, verum etiam ἦγεν. ubi cum ἦγεν ſignificat, ſcribendum cum acuto in priore ſyllaba, ἄγεν. & infra Ὥζαν exponit ὥστε, ἵνα, ἢ ἀπειώζαντο. ubi in priore ſignificatu eſt Ὡς ἄν. ita hic Ἀναθεῖς cum circumflexo eſt ἀνατρέχεις· Ἀναθεὶς vero cum gravi eſt ὑποθέμενος.

Ἀναλύζων, ἀνανύτων.] Idem participium habet Philo *Leg. ad Cajum* pag. 788. unde forſan hauſit Auctor. quod noto, quia rarius occurrit hoc vocabulum.

Ἄναρκτον, ἀνυπόζακτον, ὃν οὐδεὶς ἦρξε.] Lege Ἄναρκτον, ἀνυπότακτον, ὃ οὐδεὶς ἦρξε. habet Æſchyl.

ſchyl. *Eumenid.* pag. 290. Μήτ' ἄναρκτον βίον, Μήτε δεσποτούμενον Αἰνέσεις.

Ἀνεκήκιδεν, ἀνεπήδα &c.] Recte emendatum eſt à viris doctis, Ἀνεκήκιεν. Exemplum addam, ubi ipſiſſima hæc vox occurrit, ſcilicet apud Apollon. IV. 600.

Τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνεκήκιεν ἀτμόν.

Ἄντρον, θάλασσαν.] Eurip. *Hec.* 1025. ubi Schol. ἄντρον δὲ λέγει τὸ πέλαγος.

Ἀπεννέπῃ, ἀπαγορεύσῃ.] Videtur eſſe ex Eurip. *Phœn.* 1651. κἂν ἀπεννέπῃ πόλις. ubi Sch. κἂν ἀπαγορεύσῃ.

Ἀπερωπὸς, ἀπάνθρωπος.] Leg. Ἀπέρωτος. Æſch. *Choëph.* pag. 251. ubi Sch. στυγνὸς καὶ ὑπερήφανος. Phavor. Ἀπέρωτον, ἄγριον, ἀπηνῆ, σκληρὸν, ἢ δυσπαραίτητον.

Ἀπόερσεν, ἀπέπνιξε, τουτέστι, ποταμοφόρητον ἐποίησε.] Verba hæc notare volui propter phraſin illam ποταμοφόρητον ἐποίησε, quam adhibet Auctor ad explicandum illud Homericum Ἀπόερσεν, quia eſt ipſiſſima illa phraſis in Joannis *Apocalypſi* cap. XII. verſ. 15. Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμόν· ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ, i. e. ἵνα ταύτην ἀποπνίξῃ, vel ſecundum Homerum, ἵνα ταύτην κῦμ' ἀποέρσῃ.

Ἀπολιταργῆσαι, ταχέως ἀποδραμεῖν.] Leg. Ἀπολιταργίσαι. Ariſtoph. *Nub.* p. 194.

Οὐκοῦν ἀνύσαι τι θᾶττον, ἀπολιταργιεῖς.

ubi Sch. ταχέως ἀποδραμῇ. Phavor. Ἀπολι-

ταργίζω σημαίνει τὸ ταχέως ἀπέρχομαι, καὶ ὑποχωρῶ. citatque deinde hunc Comici locum.

Ἀποῤῥαίσει, ἀπορεῖ, διαφθερεῖ.] Pro ἀπορεῖ legendum ἀπολεῖ. est ex *Odyss.* Α. 404.

Κτήματ' ἀποῤῥαίσει Ἰθάκης ἔτι ναιεταώσης.

Ἀστόξενοι, οἱ γένει μὲν προσήκοντες, ἐπὶ δὲ τῆς ἀλλοδαπῆς γεγονότες.] Quando dicit, οἱ γένει μὲν προσήκοντες, addendum, vel subintelligendum est, τῇ πόλει. Eustath. ad *Iliad.* Γ. Ἀσόξενοι, οἱ ἐκ προγόνων μὲν ἀςῶν, αὐτοὶ δὲ ξένοι καὶ ἀνανεώσεως δεόμενοι. & deinceps: Παυσανίας δὲ περὶ ἀσοξένων οὕτω φησιν, Ἀσόξενοι, οἱ γένει προσήκοντες τῇ πόλει τὸ ἀνέκαθεν, οὐκ ὄντες δὲ πολῖται.

Ἀσώνης, ἀμμώδης.] Male Salmas. pro ἀμμώδης legit ἀλυώδης. Schol. Æschyli in *Suppl.* pag. 309. Ἀσώδει, πηλώδει, ψαμμώδει· τὴν γὰρ ψάμμον οὕτως φασὶν, ὡς ὁ ποιητὴς, εἱλύσω ψαμάθοισι τόσην ἄσιν.

Ἀτέοντα, ἀτιμάζοντα.] Hic Soping. Forte, inquit, Ἀτίοντα. Sed nihil muatndum. habet Herodotus hoc vocabulum lib. VII. cap. 223. Ἅτε γὰρ ἐπιςάμενοι τὸν μέλλοντά σφι ἔσεσθαι θάνατον ἐκ τῶν περιϊόντων τὸ ὄρος, ἀπεδείκνυντο ῥώμης ὅσον εἶχον μέγεθος ἐς τοὺς βαρβάρους, παραχρεώμενοί τε καὶ ἀτέοντες. *Quum enim scirent impendere sibi necem ab iis qui montem circumirent, ostenderunt quantam haberent virtutem virium in barbaros, quos spernebant & pro nihilo habebant.* sic enim vertenda postrema illa, non vero cum Interprete, *ingruentes*

gruentes ac sese intrudentes. Phavorin. Ἀλέοντα λέγει Ὅμηρος τὸν βεβλαμμένον εἰς φρόνησιν, ὡς ἀπὸ τῆς ἄτης. οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον - - ἀτέοντα δὲ ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζοντα.

Ἀτεράμων, σκληρὸς &c.] Plut. *Sympos.* l. VII. *Quaest.* 2. Ὀλεγόμενος κερασβόλος καὶ ἀτεράμων, ζήτησιν ἀεὶ παρεῖχεν, οὐχ ὅστις εἴη (δῆλον γὰρ ἦν ὅτι τῶν σπερμάτων τὰ προσπίπτοντα τοῖς τῶν βοῶν κέρασιν ἀτεράμονα τὸν καρπὸν ἐκφύειν νομίζοντες, οὕτως τὸν αὐθάδη καὶ σκληρὸν ἄνθρωπον ἐκ μεταφορᾶς κερασβόλον καὶ ἀτεράμονα προσηγόρευον) ἀλλά &c.

Ἀχαὶ νεβρῶν ἐλάφων ἡλικίαι.] Optime emendavit Salmas. Ἀχαΐναι, & existimat cervos sic dictos à ***mollibus lanis***, quas Graeci ἀχαιὰ vocant, & esse proprie cervos, quibus tenera adhuc cornua, & mollis ad instar velleris lanuginosa. Sed ego potius sequerer Apollonii Scholiasten, qui ad lib. IV. vers. 175.

- - - ἐλάφοιο

Γίγνεται, ἥν τ' ἀγρῶσται ἀχαιϊνέην καλέουσιν.

Ἀχαία, inquit, ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαιϊνέαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ σπαθιναῖαι καλοῦνται. οἱ δὲ κέρατα μεγάλα ἔχοντες ἔλαφοι, κεράσται.

CAP.

CAP. XXXVII.

Emendantur quædam Hesychii loca in literis Β, Γ, Δ.

Βαλίαν, κατάστικτον, ποικίλον Κρῆτες, ταχὺ (l. ταχὺν) &c.] Vocabulum pro ταχεῖ, i. e. *veloce* etiam occurrit apud Eurip. *Rhesô*, verf. 356. uti recte obſervavit Erudit. Barneſius; minus tamen recte ſumſit pro feminino hanc vocem, cum dicit Eurip.

Ἥκεις διφρεύσων βαλιαῖσι πώλοις.

Venis currum recturus velocibus equis.

Ad quæ verba notavit, uſitatum eſſe Græcis Poëtis *Equos* optimos per femininum genus *Equas* vocare, ut hic Eurip. Sed pace Illius viri dixerim, βαλιαῖσι non eſſe à βαλία fem. ſed à maſc. βαλίας, quemadmodum Heſ. hic βαλίαν etiam exponit per adjectiv. maſc.

Βέδος (Βεῦδος) στέμμα τὶ καὶ ἱμάτιον γυναικεῖον.] Etym. M. Βεῦδος, ἱμάτιον γυναικεῖον πολυτελές. Apud Pollucem male ſcribitur Βεῦθος.

Βυκολεῖσθαι χρήσταις ἐλπίσι.] Forte legendum Βυκολεῖσθαι χρησταῖς ἐλπίσιν, ἀπατᾶσθαι, ut deſit hoc verbum: infra, Βεβυκόλημαι, πέπαιγμαι, πεπλάνημαι. Phavorin. Βυκολεῖσθαι χρησταῖς ἐλπίσιν, ἀντὶ τῦ ἀπατᾶσθαι.

Βουνὶς γῆ.] Lege cum diſtinct. Βουνὶς, γῆ. Æſchyl. *Supp.* 312.

Ἰλέομαι

Ἰλέομαι μὲν ἀπίαν βȣ̃νον. ubi *Sch.* τὴν γῆν, κατὰ βαρβάρȣς.

Βραβέα, ἄρχοντα βραβεῖα διαλλάξ.] Lege & distingue: Βραβέα, ἄρχοντα. † Βραβεῖα, διάλλαξις. Nimirum βραβέα est accusativ. à βραβεύς. Βραβεῖα nominat. fem. notatque *reconciliationem.* Eurip. *Phœniss.* 452.

ὅπως κλύοιμί σȣ
Κοινὰς βραβείας.

ut audirem te
De communi reconciliatione.

ubi Schol. βραβείας, διαλύσεις. hic εἰρήνη dicitur βραβεύειν Apostolo, *Coloss.* III. 15. Ἡ εἰρήνη τȣ̃ Θεȣ̃ βραβευέτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. *Pax Dei reconciliet animos vestros*, vel *reconciliatricem agat in animis vestris.* vel, ut cum Virg. loquar. *Pax Dei sit sequestra in animis vestris.*

Γενάρχȣ, πατρός.] Forsan ex Philone *in Flacc.* pag. 755. μετὰ τὴν τȣ̃ γενάρχȣ τελευτὴν, i. e. *post patris mortem.*

Γυνὴ, ἡλικία τις περὶ Πυθαγόρα, ἢ ἄνθρωπος γύννις, δειλὸς] Distingue: Γυνὴ, ἡλικία τις περὶ Πυθαγόρα, ἢ ἄνθρωπος. † Γύννις, δειλὸς &c. sic Comicus γύννις dixit in *Thesmoph.* 773.

Ποδαπὸς ὁ γύννις;

Δάκτυλος, ȣ̃τω καλεῖται ῥυθμȣ̃ εἶδος καὶ κρȣ́ματος. χρῶνται δὲ αὐτῷ οἱ μάλιστα ἀθληταί.] Pro ἀθληταὶ hic legendum est αὐληταὶ, ut discere

discere possumus ex Schol. Aristoph. in *Nubi* p. 165. ubi ad illa κατὰ δάκτυλον notat ; ἀριθμητικόν ἐστι μέτρον. ἔστι δὲ ῥυθμὸς, κρούματος εἶδος κατὰ δάκτυλον, ᾧ χρῶνται οἱ αὐληταί.

Cap. XXXVIII.

Percurritur apud Hesych. litera E.

Ἐπίῤῥοθος, ἰσχυρός. † Ἐπίκουρος, βοηθός.] Prava distinctio occupavit hunc locum, quasi duas hic explicaret Hesychius voces, quum tamen una sit vox Ἐπίῤῥοθος, ad cujus expositionem adhibet tres illas voces, ἰσχυρὸς, ἐπίκουρος, βοηθός.

Ἐπιτεῖλαι, ἐντείλεσθαι.] Lege ἐντείλασθαι.

Ἐπίτηδες, ἐκούσιον, ἐπιμελές. ὀξυτόνως δὲ καὶ ἐπιτηδείους.] Pro postrema voce ἐπιτηδείους legit Martin. ἐπιτηδείως. Guiet. ἐπιτήδειον. G. ἐπιτηδές. Verum, me quidem judice, nequaquam mutanda est lectio: nam respexit Auctor ad locum Homeri, qui est *Iliad.* A. vers. 142. Ἐς δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν. ubi ἐρέτας ἐπιτηδὲς sign. *remiges idoneos.* Non ibi ἐπιτηδὲς est neutrum singulare pro adverbio positum; sed accusativ. Plur. Poët. & Jon. ab ἐπιτηδὴς, *idoneus*, quod in casu quarto plur. habet έας vel ῆς. Jam jota subjunctivum in Diphthongis tollitur Poët. Jon. & Dor. Illi ες pro εις dicunt, ut ἀπόδεξις pro ἀπόδειξις, ποεῖν pro ποιεῖν, χέρας pro χεῖρας. sic etiam ἐπιτηδὲς pro ἐπιτηδεῖς. atque hæc est ratio, quare accentum

habeat in ultima. Optime igitur Scholiastes in illo Homeri loco ἐπιτηδὲς exposuit ἐπιτηδείως.

Ἐριβώλακι μεγάλῳ, βόλῳ εὐγείῳ.] Lege & distingue: Ἐριβώλακι, μεγαλοβώλῳ, εὐγείῳ. Sed vidit etiam Sopingius, legendum μεγαλοβώλῳ. Addam quo confirmari potest hæc emendatio locum ex Schol. Hom. *Iliad.* A. v. 155. Οὐδέ ποτ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι βωτιανείρῃ. ubi Schol. ἐριβώλακι, μεγαλοβώλῳ, εὐγείῳ.

Ἐρίηρες, μεγάλως τιμώμενοι, ἀγαθοὶ, πρόθυμοι, εὐχάριστοι, εὐάρμογοι &c.] Pro εὐάρμογοι lege εὐάρμοστοι. Schol Hom. ad *Iliad.* Γ. verf. 48. - ἑτάρους ἐρίηρας ἀγείρας, exponit ἄγαν εὐαρμόστους, ἢ ἐπεράστους φίλους.

Ἕρκος, ἤγουν φραγμὸς, ὡς τὸ, Αἱμασιὰς λέξοντ' ἀλωῆς· ἔμμεναι ἕρκος, καὶ λίνον ἕρκει πλήξωσι.] Voluit Hesychius docere, vocabulum ἕρκος, præterquam quod *septum* significat, ut priori exemplo è Poëta probaverat, etiam denotare *linum* vel *rete*, idque probat altero Homeri loco, qui est *Odyss.* x. verf. 470.

Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἢ κίχλαι τανυσίπτεροι ἠὲ πέλειαι
Ἕρκει ἐνιπλήξωσι.

ubi Schol. ἕρκει νῦν τῷ δικτύῳ. unde patet, perperam emendasse Cl. Salmasium apud Hesychium πλήξωσιν in πλέξωσι. Lege posteriora illa verba, καὶ λίνον, ἕρκει ἐνιπλήξωσι.

Ἐῤῥων, μεταφθορᾶς παραγινόμενος &c.] Lege: μετὰ φθορᾶς παραγινόμενος.

Ἐῤῥῶσθαι, φράσαι, οἰμώζειν, εἰπών.] Lege & distingue: Ἐῤῥῶσθαι φράσας, οἰμώζειν εἰπών. ut οἰμώζειν εἰπὼν sit explicatio vocum Ἐῤῥῶσθαι φράσας.

Ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων, ἀνεχώρει τὸν θάνατον ἐγκλίων.] Pro ἐγκλίνων lege ἐκκλίνων. est ex Hom. *Iliad.* Γ. verſ. 33. de Alexandro, ut primum vidiſſet Menelaum,

Ἂψ δ' ἑτάρων εἰς ἔθνος ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων.

Cap. XXXIX.

Heſychius emendatus in vocibus quibuſdam a Ζ, Η, Θ, *&* Ι *incipientibus.*

Ζάκτι, κρημνῷ ἐν ἔθνει ἐφθῷ.] Leg. κρίμνῳ ἐν ἔτνει ἑφθῷ.

Ζυγόθρισον, ζύγωσον, ἢ κινήσας διάστησον,] Videtur eſſe ex Ariſtoph. *Nub.* p. 169. ubi ſcribitur per ω. Socrates ad diſcipulum,

- - - χάλα τὴν γνώμην πάλιν
Κίνησον αὖθις αὐτὸ καὶ ζυγώθρισον.

vid. Scholia ad illum locum.

Ζωτικὸς, διοστερεῖν.] Lege pro διοστερεῖν, οἷος τηρεῖν, vel τρέφειν.

Ἡεπῆ, ἢ πῆ ἢ πῆ.] Scribe priorem vocem Ἡέπη. habet Apollon. l. 1. verſ. 822.

- - ἠέπη ἄλλη.

Ἡμάρτανεν, ἐπετύγχανεν.] Lege Ἡμάρτανεν, ἀπετύγχανεν.

Ἦρα - - καὶ ἦρα, ἢ χάριν, βοήθειαν, ἐπικουρίαν, Πατρὶ φίλῳ ἐπίηρα φέρων Διΐ.] Lege hunc

 verſum

versum qui est 578. *Iliad.* Α. Πατρὶ φίλῳ ἐπὶ ἦρα φέρειν Διί &c.

Ἧσθε, ὑπάρχετε, καθέζετε.] Pro ὑπάρχετε lege ὑπήρχετε hoc enim sign. ἦσθε. quando vero significat καθέζετε, scribitur cum spiritu aspero ἧσθε.

Θαλίη, εὐδαιμονία, εὐθηνία, ἀκμὴ (ἀκμῆ) εὐφροσύνη.] Guictus hic forte legendum inquit Θαληίη. Sed ego nihil mutandum arbitror. Vetus Aristophanis Scholiastes ad hæc verba in *Nub.* pag. 142. Θυσίαι, θαλίαι τε· Θαλίαι, inquit, εὐδαιμονίαι, εὐθηνίαι, ἀκμαὶ, εὐφροσύναι, πανηγύρεις.

Θέζεσθαι, αἰτεῖν &c.] Lege Θέζασθαι, & mox pro Θεζόμενος lege Θεζάμενος. Paullo superius recte habetur Θέζαντο. Apollon. Rhodius lib. I. vers. 824.

Οἱ δ' ἄρα θεζάμενοι παίδων γένος ὅσσον ἔλειπτο.

ubi Schol. Θεζάμενοι] ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες. θέσθαι γὰρ τὸ αἰτῆσαι καὶ ἱκετεῦσαι, καὶ Ἡσίοδος, Θεσσάμενοι γενεὴν Κλεαδαίε κυδαλίμοιο. Καὶ Ἀρχίλοχος, Πολλὰ δ' εὐπλοκάμε πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσι Θεζάμενοι γλυκερὸν νόστον &c.

Θοὰς, ὀξείας - - ἢ * ἐπὶ Νῆας.] Pro hisce scribe θοὰς ἐπὶ νῆας. est enim finis versus Homerici, quem explicat Hesych. hic ἢ τὰς ταχείας ναῦς. Sic paullo inferius, ναῦσι θοῇσιν, cum explicat vocem Θοῇσι. Cave igitur cum Sopingio pro Νῆας legas, Νήσους.

Θρῆνυν

Θρῆνυν ἐφ' ἐπταπόδην, τόπος τῆς νηὸς βάσιν ἔχων.] Eſt ex *Odyſſ.* O. verſ. 728.

Θρῆνυν ἐφ' ἐπταπόδην, λίπε δ' ἴκρια νηὸς ἐΐσης.

Ubi Schol. ὑποπόδιον: βέλτιον δὲ θρῆνυν καλεῖσθαι ὑπὸ Ὁμήρε τὰς καθέδρας τῶν ἐρετῶν ἀναχωρῶν γὰρ ἀπὸ τῆς νεὼς τῶν καταστρωμάτων, ἐπὶ ταύτας ἀφικνεῖται, τινὲς δέ τόπον τῆς νεὼς βάσιν ἔχοντα, ἐφ' ὃ τὸν κυβερνήτην τὰς πόδας τιθέναι, ὃ καὶ ἑδώλιόν φασιν.

Ἴσκε, εἴκαζε, ὁμοιῦ.] Apollon. Schol. p. 40. Τὸ δὲ ἴσκεν ἐνταῦθα μὲν ἀντὶ τῦ ἔλεγε, παρὰ δὲ Ὁμήρῳ ἀντὶ τῦ ὡμοίυ. Ex quo loco emendandus hic Heſychius, & pro ὁμο.ῦ legendum ὡμοίυ: eſt enim imperfectum activi τῦ ὁμοιόω. Ad ἴσκεν vero ἔλεγε pertinet, quod inferius Heſychius Ἴσκεν interpretatur ἔφη.

Cap. XL.

Menda quædam ex Heſychio in litera K ſublata. & vulgata lectio in tribus quatuorve locis defenſa contra Sopingium, Palmerium & Guietum.

KΑθαρθῆναι, μασιγωθῆναι.] Ad hæc verba Sopingius: Lege μυσαγωθῆναι &c. Sed nihil mutandum. Recte ſe habet τὸ μασιγωθῆναι. Theocrit. *Eid.* v. verſ. 119.

- - ὄκκα μάν ποκα τῆδε τὺ δάσας
Εὐμάρας ἐκάθηρε.

- - *verum quando te hic vinctum*
Eumaras valde cecidit loris.

ubi Scholia: Ὅτε δὲ ὁ Εὐμάρας ὁ σὸς δεσπότης

 δεσμεύ-

δεσμεύσας ἐμαστίγωσεν. - - & paullo post, ἐκάθηρεν, ἀντὶ τῦ ἔτυπτε καὶ ἐξέδειρε, καὶ Ἀριστοφάνης· πέδει τὰς πλευρὰς, καὶ ἐκάθηρεν. Hesychius etiam paullo ante in Καθαιρῶν, οἱ δὲ μαστιγῶν.

Καιροζσέων, μεμιτωμένων· καῖρον δὲ τὸν μίτον φασίν· οἱ δὲ τὰς παρυφὰς τῶν ἀμπελώνων· οἱ δὲ ἐν ὑφασμένων, καιρώματα γὰρ τὰ διαχωρίστηκα τῶν στημόνων πλέγματα.] Triplex in his verbis est mendum. Primo pro Καιροζσέων legendum Καιροσέων, ex Hom. *Odyss.* Η. vers. 107. Καιροσέων δ᾽ ὀθονέων. ubi Schol. εὐυφῶν, ἐν κεκαιρωμένων· καίρωμα δέ ἐστι τὸ διαπλεκόμενον ἐν τῷ στήμονι περὶ τὸν μίτον, ὑπὲρ τῦ μὴ συγχεῖσθαι τὺς στήμονας &c. Secundo pro ἀμπελώνων, quod vocabulum hic ἀπροσδιόνυσον est, legendum ἀμπεχόνων. Supra, Ἀμπέχονον, σύμμετρον περίϐλημα. Ἀμπεχόνην, λεπτὸν ἱμάτιον. Tertio pro διαχωριστηκά lege διαχωριστικά.

Κακὴ, πελιὰ, ἡ κακία, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης, κακυκίας.] Verba illa, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης adduxit ex Euripide, ad probandum, vocem κάκη significare κακίαν sive *ignaviam.* habet Euripides in *Medæa.* vers. 1051.

- - Ἀλλὰ τῆς ἐμῆς κάκης

Τὸ καὶ προέσθαι μαλθακὺς λόγυς φρενί. Ceterum pro κακυκίας apud Hesychium lege κακυχίας. qua voce exponit illud Euripidis κάκης. Inferius, Κακυχία, ἀσθένεια, ἀμέλεια.

Κατανύγητε, ἡσυχάσατε, λυπήθητε. Opportune

tune hic adduxit Sopingius verba Pſalmi IV. Addam tantummodo, Aquilam ibi pro κατανύγητε vertiſſe, ἡσυχάσατε, quo modo heic etiam explicat Heſychius.

Κατχφατυμένη, κατακτωμένη, κυρίως δὲ ἐκ προκαταλήψεως.] Pro Καταφατυμένη non dubito quin legendum ſit Καταφθατυμένη. id quod etiam literarum ſeries flagitat. Præceſſit enim καταφήζας, in qua voce poſt φ eſt η. Si jam legamus Καταφθατυμένη, juſto ordine poſt η ſequitur θ. Occurrit autem καταφθατυμένην apud Æſchylum *Eumenid.* 285. quod Schol. exponit κατχφθάνυζαν. Et ex ipſius Heſychii expoſitione colligere etiam eſt, ſic legendum dicit. enim ſignificare κατακτωμένη, κυρίως δὲ ἐκ προκαταλήψεως. ex quibus verbis docemur, ἀπὸ τοῦ καταφθάνειν ortum eſſe verbum καταφθατέομαι, cujus participium hoc eſt.

Κατένεξε, κατέψηξε.] Lege pro priore voce, Κατέρεξε. nam deſumta eſt ex Homero *Iliad.* I. verſ. 361.

- - χειρί τε μιν κατέρεξε.

ubi Schol. κατέψηξε.

Κεχαραγμένος, ὠργισμένος.] Notavit hic Palmerius: Lege ὡραϊσμεν☉, nam quæ ſculpuntur, fiunt ornatiora. Equidem non adducor ut credam, in hac emendatione ſcopum tetigiſſe virum doctum, nec dubito ſalvam ſatis eſſe vocem ὠργισμέν☉, uſus enim eſt Herodotus τῷ, κεχαραγμέν☉ pro ὠργισμέν☉, *ira-*

 tus,

tus, lib. VII. cap. I. p. 382. Ἐπεὶ δὲ ἡ ἀγγελίη ἀπίκετο περὶ τῆς μάχης τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης παρὰ βασιλῆα Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος, καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι διὰ τὴν εἰς Σάρδις ἐσβολήν. *Postea vero quam nuncius pugnæ ad Marathonem gestæ allatus est ad Darium Hystaspis filium, etiam ante vehementer infensum Atheniensibus, eo quod Sardis invasissent.* &c.

Κημὸς - - - καὶ ὁ περιτιθέμενος τοῖς ἵπποις, εἰς ὃν αἱ κριθαὶ βάλλονται.] Pro περιτιθέμενος lege παρατιθέμενος.

Κηνυζσόμην, εἴδωλον ἐγενόμεν. (scribe ἐγενόμην.)] Pro Κηνυζσόμην legendum docuit Sopingius Κινυσσόμην· sed perperam. Plusquam vera est lectio vulgata: est enim vox Æschyli in *Choëph.* p. 236. Ὅπως δίΦροιτις ὅσα μὴ κηνυσσόμην. ubi Schol. exponunt ἔφαντα ζόμην· κήνυγμα γὰρ τὸ εἴδωλον.

Κιχλησμὸς, (l. Κιχλισμὸς) γέλως, σφοδρός.] Tolle distinctionem post γέλως. Est enim Κιχλισμὸς, γέλως σφοδρὸς, i. e. *risus vehemens.* Suid. Κιχλισμὸς, ὁ λεπτὸς καὶ ἀκόλαστος γέλως. Verbum κιχλίζειν Schol. Comici in *Nub.* p. 197. exponit ἀτάκτως γελᾶν, καὶ ἀμέτρως.

Κιγλίζειν, κινεῖν, παράζειν.] Propriore verbo leg. Κιγκλίζειν. quam lectionem ipse ordo vocabulorum poscit. significare autem τὸ κιγκλίζειν, *movere & agitare*, κινεῖν, ut exponit Hesych. doceri etiam possumus ex Theocriti Schol. ad hunc versum:

Ευ

Εὖ πόκα κιγκλίζευ, καὶ τᾶς δρυὸς εἴχεο τήνας;
Annon pulcre movebas te, & quercui hærebas illi?

Κιγκλίζειν, inquit, λέγεται τὸ σαλεύεσθαι, καὶ κινεῖσθαι. & paullo post κιγκλίζευ exponitur προσέκινε, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κίγκλου οὕτω καλουμένου, ἔνιοι σεισοπυγίδα καλοῦσιν, ἀφ' οὗ ἡ λέξις μετήνεκται· κιγκλίζειν δὲ, τὸ τὴν ὀσφῦν κινεῖν φασιν. Supra Hesychius noster Διακιγκλισον exposuit διάσειςον. forsan ex *Amphiarao* Aristophanis sumsit hanc vocem. citat locum Ælianus *Hist. Anim.* XII. 9. ubi agit de Cinclo avi. Μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ὄρνιθος τοῦδε Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Ἀμφιαράῳ λέγων, Ὀσφῦν δ' ἐξ ἄκρων διακιγκλιζον, ἥυτε κίγκλου Ἀνδρὸς πρεσβύτου· τελέει δ' ἀγαθὴν ἐπαοιδήν.

Κλῄισι, ταῖς καταλείζεσι τῶν περονῶν.] Hæc verba adnotare volui, ut videretur, annon forte apud Diodorum lib. XVII. in descriptione currus falcati, ubi dicitur, *recta eminuisse duo spicula* πρὸς ταῖς καταλίζεσι τῶν ἀξόνων, legendum esset ταῖς κατακλείσεσι τῶν ἀξόνων, ut hic, ταῖς κατακλείζεσι τῶν περονῶν.

Κλωμακόεσσαι, πολλὰ ἀποκλίματα ἔχουσαι] Non mutandum ἀποκλίματα in ἀποκλάσματα; ut vult V. Doct. Sic enim etiam Schol. Homeri ad *Iliad.* B. vers. 371. Ἰθώμην κλωμακόεσσαν, Κλωμακόεσσαν, inquit, τραχεῖαν, ὀρεινὴν, ἢ ἀποκλίματα ἔχουσαν. Similiter Phavorinus: Κλωμακόεσσαι, πολλὰ ἀποκλίματα ἔχουσαι· ἀφ' οὗ τὴν τραχεῖαν καὶ ὀρεινὴν σημαίνει.

Κȣρὶξ ἀινομένȣς, τῆς κύρης λαμβανομένȣς.] Lege pro ἀινομένȣς, ἀινυμένȣς. hoc enim ſign. λαμβανομένȣς. Supra ἀινύμενος, λαμβάνων. Præterea pro κόρης lege κόῤῥης. Schol. Apollon. pag. 175. κȣρὶξ, κατὰ κόῤῥης. vel ſi mavis, κόμης.

Cap. XLI.

Ex Heſych. litera Λ. *paucæ quædam voces emendantur.*

Λάτρις, μισθȣργὸς, λεπτȣργὸς &c.] Lege λειτȣργός.

Ληνεῖ, ἐρίῳ.] Recte Guiet. Λήνει; i. e. *lana*. habet Æſchyl. *Eumen*. 272. ἐλαίας θ' ὑψιγέννητον κλάδον Λήνει μεγίςῳ σωφρόνως ἐστεμμένον.

Λινόπτης, ὁ ἐν τοῖς κυνηγετικοῖς λίνοις ἑστὼς καὶ ἀποσκοπῶν τὰ ἐμπίμπτοντα (ſcribe ἐμπίπτοντα) θηρία.] Vetus Ariſtophan. Schol. ad hæc verba in *Pace* p. 711. – ἐγὼ δ' ἕστηκα ἐν τῷ αὐτῷ παρατηρῶν καὶ περιβλεπόμενος ὅπȣ ἀπαχθῷ. λινόπτας γάρ φησιν Ἀριστοτέλης, τȣ̀ς τὰ θηρευτικὰ λίνα φυλάττοντας, ὡς καὶ οἰνόπτας τȣ̀ς οἰνοφύλακας. ἀπείρως δὲ ἀπὸ τῶν εἰς τὰ λίνα πιπτόντων ὀρνίθων.

Λὶψ, ἐπιθυμία.] Sic λίπτοντα Schol. Apollon. IV. 813. exponit ἐπιθυμȣ̃ντα.

Λόφιον inter alia exponitur περικεφαλαία, ἔλυτρον. θήκη τȣ̃ λόφȣ. Videtur pro περικεφαλαία, ἔλυτρον, legendum περικεφαλαίας ἔλυτρον. Paullo poſt Heſych. Λοφὶς, περικεφαλαίας θήκη. Schol. Ariſtoph.

Ariſtoph. ad *Nub.* p. 169. exponit λοφεῖον, θήκην τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας. & ad *Acharn.* p. 423. diſtinguit inter λόφιον & λοφεῖον h. v. Ἐὰν μὲν ὑποκοριστικὸν, δηλοῖ ἐλάττονα τῶν τριῶν λόφων· ἐὰν δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου, προπερισπᾶται, καὶ δηλοῖ τὴν θήκην.

Cap. XLII.

Percurritur apud Heſych. litera M, *& voces quædam emendantur, aliæ defenduntur.*

Μαινοῶν, ἐνθυσιῶν.] Viderunt Viri Eruditiſſimi, mendum eſſe in voce Μαινοῶν, pro qua alii legunt Μαιμάων, alii Μαιμαίων, alii Μαιμόων. Ex quibus certiſſima procul omni dubio eſt lectio Μαιμώων, ex Apollonio Rhodio lib. 1. verſ. 1270. pag. 62.

Ὥς ὅγε μαιμώων, ὅτε μὲν θοὰ γοῦνατ' ἔπαλλεν.

Μακέλλη, δίκελλα, πλατεῖα.] Legendum ſine diſtinctione δίκελλα πλατεῖα. Ceterum ab hac voce deducunt nonnulli vocabulum μάκελλον, *macellum.* Elegantiſſimus Dacerius ad Feſtum: „Sed Schol. Ariſtophanis „à ſtructura nomen ſortitum dicit: ὁ δὲ κύ„κλος, (inquit in *Equit.*) Ἀθήνησίν ἐστιν καθάπερ Μάκελλος (Μάκελλον) ἐκ τῆς κατα„σκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών, i. e. *Cuclos lo„cus Athenis, qui ut & macellum à ſtructura „nomen accepit.* Quod ſi verum, dicendum „eſt,

„est, κύκλον à rotunditate dictum fuisse, quia „rotundus, Macellum vero ἀπὸ τῆς μακέλλης, „à ligone, quod ita structum fuerit, ut li„gonis figuram referret. hactenus Dacerius. Ego vero salvo Eruditissimi illius Viri judicio existimaverim potius, non à μακέλλῃ, *ligone* dictum macellum, sed à μᾶκος *longitudo*, ut mens Scholiastæ Comici fuerit, quemadmodum Κύκλος à rotunditate structuræ dictus est locus, ita contra Μάκελλος vel Μάκελλον à longitudine structuræ. Commode sic deducitur à μᾶκος sc. Dor pro μῆκος, *longitudo*. Jam à μᾶκος est adjectivum μακερὸς, per sync. μακρός. à μακερὸς autem μάκελλος & μάκελλον. Litera enim ϱ sæpe mutatur in duplex λ, non tantum in Græcis, verum etiam in Latinis dictionibus. ex. gr. à Φᾶρος Lat. *pallium*. à *varus*, *vallus*, *vallum*. à *rarus*, *ralla*. ab *hira*, *billa*.

Μάρμαινα, μάστιγξ. (μάστιξ.) Sed Μάρμαινα non mutandum, uti censent Viri docti, legentes Μάραγνα ex sequente articulo: Est enim vox satis proba, apud Æschyl. *Choëph.* pag. 242.

'Αλλὰ διπλῆς γὰρ τῆσδε μαρμαίνης
Δοῦπος ἱκνεῖται.

ubi Schol. 'Αλλὰ διπλῇ μάστιγι ἐπλήγημεν.

Μᾶσσον, πλέον, μεῖζον, μικρὸν, ἔλασσον.] Vocem μᾶσσον habere quoque sign. τοῦ μικρὸν & ἔλασσον, nusquam reperio, nec credo hanc vocem

cem duo plane contraria ſignificare. quare ſuſpicor, pro μικρὸν ſcripſiſſe Heſychium, μακρὸν, quemadmodum τὰ μάσσω Schol. Æſchyl. *Agam.* 195. exp. τὰ μακρά. ut etiam Phavorin. Μᾶσσον, μεῖζον, μακρότερον, ὡς τὸ, ἐπὶ πρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρȣ αἰγαλέω θυμόεντ۞ ἄγων μέγαν ὑετὸν ἔστη. Prætcrea τὸ ἔλασσον hîc appoſitum eſſe tantum ad ſignificandum formam comparationis, ac ſi diceret, μᾶσσον comparativum eſſe, ut ἔλασσον. id quod ſæpe facere ſolet Heſych. Vid. Voc. Ὀψείοντες. Euſtath. ad princip. *Odyſſ.* Θ. Καὶ γίνεται ἀπὸ τȣ̃ παχὺς, παχίων, πάσσων. ὁποίῳ τρόπῳ καὶ ὁ μάσσων γίνεται ἐκ τȣ̃ μακρὸς, καὶ ὁ βράσσων ἐκ τȣ̃ βραχύς. καὶ ὁ ἐλάσσων ἐκ τȣ̃ ἐλαχύς.

Ματήγετον ἐάλωσιν, ἁλῶσιν, ἀποτύχωσιν.] Ordo poſcit, ut legatur Ματήσετον. Notavit haud dubie Auctor hoc verbum ex Poëta *Iliad.* E. verſ. 233. Μὴ τὼ μὲν δείσαντε, ματήσετον. ubi Schol. ματαιοπραγήσωσι, ματαίαν ἔχωσι τὴν προθυμίαν. Inferius Heſ. Ματῶν, ματαιοπραγῶν.

Μαυρὶς, μάχαιρα &c.] Recte emendatum eſt à Viris doctis Μαυλίς. Thucyd. Schol. ad lib. 1. p. 4. Ἐσιδηροφόρει.] Ὅθεν τὰς μαχαίρας μαυλίας ἐκάλȣν, διὰ τὸ ὁμȣ̃ αὐλίζεσθαι, οἷον ὁμαυλίας.

Μέλλει, φαίνεται, ἔοικε &c.] Perperam pro Μέλλει ponit G. Μέλει. Occurrit ea qua hic exponitur ſignificatione *Iliad.* κ. v. 564. ubi Schol. μέλλει, ἔοικε.

Μέμελεν, ἐν ἐπιμελείᾳ ἐστιν ἢ φροντίδι.] Lege Μέμηλεν.

Μέμηλεν. respexit ad locum Poëtæ *Iliad.* Β. 25.

Μὴ παραφυῆς, μὴ ἐκπέσῃς.] Scribe, Μὴ παραῤῥυῇς, μὴ ἐκπέσῃς. Est ex *Proverb.* III. 21. Υἱὲ μὴ παραῤῥυῇς.

C A P. XLIII.

Breviter percurritur Hesych. liter. N.

Ναὶν εὔρη, νὴ τὸν Ἄρη. Ἀττικοὶ δὲ ποδοκάκη.] Leg. Ναὶ νεύρην, ut νεύρη sit accusativ. à νεύρης pro ἄρης, *Mars.* Ceterum quod sequitur, Ἀττικοὶ δὲ ποδοκάκη. ita intelligendum, quod νεύρη etiam sit nominativus fem. *nervus*, quæ vox à posterioribus Græcis ad imitationem Latinorum pro *ligno*, ξύλῳ, cui pedes noxiorum inserebantur, pro quo Attici ποδοκάκη, usurpata est.

Νάσσα, ὤκησα.] Leg. ᾤκισα. Hom. *Odyss.* Δ. vers. 175. Καί κεν οἱ Ἄργεϊ νάσσα πόλιν, καὶ δώματ' ἔτευξα. Phav. Νάσσα, ἀντὶ τοῦ κατῴκισα.

Ναυσθωσάμενος, ναυστολογήσας.] Leg. Ναυσθλωσάμενος, ναυτολογήσας.

Νεβρὶς, δορὰ ἐλάφων.] Emendandus hac occasione Xiphilinus *Avito* pag. 372. ed. Steph. ubi refert mirabilem historiam de genio quodam, καὶ διὰ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Θρᾴκης διεξῆλθε βακχεύων μετ' ἀνδρῶν τετρακοσίων, θύρσους τε καὶ νευρίδας ἐνεσκευασμένων, κακὸν οὐδὲν δρώντων. Pro νευρίδας

νευρίδας leg. νεβρίδας, & verte non cum Interprete, qui habet, *thyrsis ornati erant nervisque*, sed pro *nervisque* repone & *cervorum pellibus*. Νεβρίδας autem ut & θύρσυς fuisse bacchantium gestamen res est satis nota.

Νωχελὴς, ὁμαλὸς, βραδὺς, ἄχρηστος.] Vocabulum ὁμαλὸς heic ἀπροσδιόνυσον est. Legendum videtur ὁ μιλλὸς, quod vocabulum Hesychius supra etiam interpretatus est βραδύς. & parum differunt scriptura, ΟΜΑΛΟΣ & ΟΜΙΛΛΟΣ. Adde quod paullo ante vox Νωχέλεια ab Auctore nostro præter alia exposita sit per μιλώτις. vel μιλλώτις. quæ vox non mutari debuerat à Sopingio in ἀμέλεια, nec in ἀμβλύτης. Ceterum νωχελὴς habet Euripid. in *Oreste* 797. πλευρὰ νωχελῆ νόσῳ, *latus languidum morbo*.

Cap. XLIV.

Apud Hesych. in l. O quædam emendantur.

Οἰκονόμος, ὁ τὸν οἶκον νεμόμεν φύλαξος.] Perperam transposita est terminatio ος in finem vocis φύλαξ, quæ pertinet ad proxime præcedentem. Legendum enim, ὁ τὸν οἶκον νεμόμενος φύλαξ.

Ὁμοιΐυ, τῦ ὁμῦ ἰέναι ποιῦντος πτολέμοιο, ἐν ᾧ ὅμοιος πᾶσι καὶ ἴσος ὁ κίνδυνος &c.] Vult hic Hesych. explicare epithetum ὁμοΐιον quod additur à Poëtis variis substantivis, ut πόλεμος, θάνατος,

θάνατος, γῆρας &c. Primo itaque exponit illud Homeri, ὁμοιΐε πτολέμοιο. Sequitur dein, ὁμοίως δέ φησι καὶ, ὁμοιΐε θανάτοιο, καὶ, ἀλλά σε γῆρας τείρει ὁμοΐον. Hæc poſtrema ſunt principium verſus 315. *Iliad.* Δ, ubi vide Scholiaſten, qui eadem habet exempla.

Ὁμοκλήσασκεν, ἢ ὁμοκλεῖν ἐβόα.] Lege Ὁμοκλήσασκεν, ἢ ὠμόκλει, ἐβόα. ex *Iliad.* Β. verſ. 199.

Ὀνήμενος, ἄξιος ὀνήσεως, οἷον ὄνησιν ἑαυτῷ λάβοι, τινὲς δὲ φρόνιμος.] Ad vocem Ὀνήμενος hæc notavit Sopingius: Forte, inquit, Ὀνήσιμος Pauli ad *Philem.* verſ. 10. 11. Sed de nullo minus quam de Oneſimo cogitavit Heſychius, dum hæc ſcripſit. Is certiſſime ſcripſit Ὀνήμενος, quod vitio librariorum mutatum eſt in Ὀνήμενος, ο pro ε. eſtque participium τῷ ὄνημαι. Rem ita ſe habere, uti dixi, probabo ex Homero; nam ex eo deſumta eſt vox. Is *Odyſſ.* 11. 23.

Ἐσθλός μοι δοκεῖ ὀνήμενος &c.

ubi Schol. Ὀνήμενος, ὄνησιν ἑαυτῷ λάβοι, λείπει τὸ εἴη, ὀνήμενος εἴη. En eadem verba, ὄνησιν ἑαυτῷ λάβοι habet Scholiaſta ad explicationem τῷ, ὀνήμενος, quæ Heſych. ad hanc vocem, unde certiſſimam hanc noſtram emendationem eſſe patet.

Ὀρυγμαδὸς, ταραχὴ, ψόφος, θόρυβος, κτύπος.] Non opus erat mutari vocabulum Ὀρυγμαδὸς, ut putabat vir doctus: nam promiſcue dixerunt

runt ὀρυμαγδὸς & ὀρυγμαδὸς per literarum transpositionem. Eustath. ad *Iliad.* Β. vers. 814. Πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει. Ὀρυμαγδὸς, inquit, καὶ ὀρυγμαδὸς, μεταθέσει τοῦ γ δηλοῖ κυρίως μὲν τὸν ἐν ὄρει κτύπον &c. Nisi forte quis velit hic apud Hesychium potius legere Ὀρυμαγδὸς, propterea quod collocata est hæc vox post Ὀρυκτὴν, unde series literarum potius requireret Ὀρυμαγδὸς, quam ὀρυγμαδός.

Ὀπτὴρ, ὁρατὴρ, ἐφόπτης.] Pro ἐφόπτης lege ἐπόπτης.

Ὅσον, ὀλίγον.] Pro ὀλίγον forsan scribendum ὀλίγου. Apollonii Scholiastes ad illa, Ὅσον δ' ἐπὶ δέρματι μοῦνον· Ὅσον, inquit, ἀντὶ τοῦ ὀλίγου.

Οὐκ * ἀρὸς, οὐκικός.] Forte legendum, Οὐκ ἄρα, οὐκ εἰκὸς, vel οὐχ ὡς εἰκὸς, ut Hesiod. Οὐκ ἄρα μοῦνον ἔην ἐρίδων γένος. quod Apollonii Scholiastes p. 89. exponit οὐκ ἦν, ὡς ἔοικε.

Ὀνυσσθε, ἔνησίν τινα ἔχετε κατ' ἱερωνείαν.] Lege Ὀνέσσθε, ex *Iliad.* Ω. vers. 241.

Ἦ ὄνοσσθ' ὅτι μοι Κρονίδης Ζεὺς ἄλγε' ἔδωκεν,

ubi Schol. ἢ ἐφήδεσθέ μοι, καὶ ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς εὐφραίνεσθε.

Ὄψεαι, θεωρήσεις ὄψεως θέας.] Lege distincte, Ὄψεαι, θεωρήσεις. † Ὄψεως, θέας. Nam θεωρήσεις est explicatio vocis ὄψεαι· θέας vero vocis ὄψεως.

Ὀψείοντες, ὀπτικῶς ἔχοντες, ἰδεῖν θέλοντες, κλαυσείοντες, βρωσείοντες.] Observandum, quod Lexicographus duo postrema verba non apposue-

rit ad explicandum τὸ, ὀψείοντες· sed ad indicandum, qualis formæ sit verbum ὀψείω vel ejusparticipium, *desiderativum* scilicet, quod cupiditatem significat, desinens in είω, qualia sunt verba κλαυσείω & βρωσείω, quorum participia sunt κλαυσείοντες & βρωσείοντες. hoc est, ὀψείοντες designare *videre gestientes*, ut κλαυσείοντες, *flere cupientes*, & βρωσείοντες, *ed re gestientes*. adeo ut κλαυσείοντες hic sit pro ὡς κλαυσείοντες. Vide similem locum supra in voce Μᾶσον.

Cap. XLV.

Apud Eundem Lexicographum percurritur litera Π.

Παμπησία, πᾶσα ἡ ὕπαρξις.] Scribendum potius per unum σ, Παμπησία. Sic Æschyl. *Sept. ad Theb.* p. 112. κτημάτων παμπησίαν. ubi Schol. ἀπὸ τοῦ παντὸς καὶ τοῦ πῶ τὸ κτῶμαι. Παμπησία δὲ λέγεται ἡ πᾶσα περιουσία τοῦ ὅλου βίου.

Παραβαλῶ, συγκρινῶ. Παρὰ θεῷ, ὅμοιον.] Vitium manifestissimum est in verbis Παρὰ θεῷ, quæ notant *apud Deum*. Sed quam, quæso, in significatu similitudinem habent cum præcedente Παραβαλῶ? Lege pro Παρὰ θεῷ uno verbo Παραθεωρῶ. hoc enim ὅμοιον & synonymum τῷ, παραβάλλω. i. e. sign. *confero* & *assimilo*. Thom. Mag. Παραβάλλω - - - καὶ τὸ παρεξετάζω, ὃ καὶ παραθεωρῶ παρὰ Λουκιανῷ εὕρηται: vel Παραθέω pro παρατίθημι, quod idem

Παρεθεὶς, ἐκβληθεὶς ἢ ἐάσας.] Habet Philo *Leg. ad Cajum* p. 497. καὶ τὰ τελευταῖα παρεθείς. Vide num apud Hesych. pro ἐκβληθεὶς legendum sit ἐκλυθείς. Inferius Παρείθη, παρελύθη. & Παρεῖμαι, παραλέλυμαι, ἐκλέλυμαι.

Περιρρυδὴς, περικεκλασμένος, περιστροβηθεὶς, οἱ δὲ περιερριμένος, ἢ ὑπτιασμένος.] Pro Περιρρυδὴς lege Περιρρηδής. Literæ enim η & υ sæpe inter se permixtæ à librariis reperiuntur, ut ὀχλυρὸς pro ὀχληρός. ξυρὸς pro ξηρὸς, & ξηρὸν pro ξυρόν. κύδεα pro κήδεα apud Hom. κορηφάσιον pro κορυφάσιον apud Schol. Aristoph. *Nub.* 134. ῥητὴρ pro ῥυτὴρ apud Th. Mag. ita apud Sept. εὐθυνῶν pro εὐθηνῶν in nonnullis codd. *Psalm.* LXXIII. 12. *Jerem.* XII. 1. Vocabulum autem περιρρηδὴς habet præter Homerum etiam Apollonius I. verſ. 44.

Ἤριπε δ' ἀμφοτέροισι περιρρηδὴς κεράεσσιν.

ubi Schol. exponunt, ἐπὶ πρόσωπον μεθ' ὁρμῆς κατενεχθεὶς, ἐπιρραγεὶς εἰς τοὔμπροσθεν, ἢ ἐπενεχθείς. ὡς καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ, περιρρηδὴς δὲ τραπέζῃ Κάππεσεν. ὁ Εὐρύμαχος ἀντὶ τοῦ περιφερόμενος. τὸ κατὰ κύκλον πεσεῖν, οὕτω λέγεται &c. Locus Poëtæ quem allegat Doctiſſimus Scholiaſtes, eſt *Odyſſ.* χ. 84 ubi Anonymus, περιρρηδὴς, περικλασθεὶς, ἢ περιρραγεὶς, ἢ περιρρεόμενος, ἢ περιρρυεὶς, ἢ περιφερής.

Περισχόμεθα, περιασῶς ἐρχόμεθα, ἀντιλαμβανόμεθα.] Pro ἐρχόμεθα lege ἐχόμεθα.

 Περιτ7οὶ,

Περιττοὶ, περισσοὶ, περίερχοι.] Lege περίεργοι.

Πηγυλὶς, ψυχρία παγετώδης.] Lege ψυχρὰ, παγετώδης. Schol. Apollon. lib. II. verſ. 739. ad hæc verba, ἔνθεν αὔτμὴ Πηγυλὶς, notat, Πηγυλὶς δέ ἐςιν παγετώδης καὶ ψυχρά.

Πίςαν, πιςῆρα πόλις ὕτως εἶπεν.] Pro πόλις Sopingius forte legendum putat Ἔυπολις. perperam. Agit enim hic Lexicographus de nomine urbis cujuſdam in Perſide, quæ Πιςῆρα vel Πίστειρα vocatur. quod nomen Poëta aliquis per ſyncopen dixit Πιστά. Res plana fiet ex Æſchylo ejuſque Scholiaſte. In principio Fabulæ quæ inſcribitur Πέρσαι.

Τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων
Ἑλλάδ' ἐς αἶαν Πιστὰ καλεῖται.

ad quæ verba Schol. Τὸ δὲ πιστὰ, τινές φασιν, ὅτι ὑποπτέυσαντες τὲς κατὰ χορὸν ἑαυτὲς λέγειν πιστώματα Περσῶν. ἀγνοῦσι δὲ ὅτι πόλις ἐστι Περσῶν ἔσωθεν, Πίστειρα καλυμένη, ἣν συγκόψας ὁ ποιητὴς Πιστὰ ἔφη.

Πλαδῶσαν, ὑγράν.] Apollonius habet πλαδόωσαν, quod Schol. exponit ἔνυγρον lib. II. verſ. 664.

Πλαταμὼν, τόπος πλατὺς καὶ μέγαι ἐπιθαλάττιος &c.] Pro μέγαι leg. μέγας. habet etiam Apollon. I. 365.

Πρεσβείη, τιμὴ, μείζων.] Leg. τιμῇ μείζων.

Προβάλλειν ἄρνα, τὸ ἐπαγγεῖλαι.] Hammondus ad *Acta Apoſt.* XIX. 33. agens de ſignificatu verbi προβάλλειν & προβάλλεσθαι pro *interrogare*,

terrogare, citat ex Phavorino προβάλλεσθαι μάρτυρα, *ad testimonium vocare.* Hinc, inquit, oportet Hesychium emendari, & ubi editi codd. habent: Προβάλλει, ἐρωτήσει. Προβάλλειν ἄρνα, τὸ ἐπαγγεῖλαι, hoc modo legi: Προβαλεῖ, ἐρωτήσει. Προβάλλειν μάρτυρα, τὸ ἐπαγγεῖλαι. Sed frustra Vir Doct. hanc crisin instituit in phrasi, προβάλλειν ἄρνα. Nequaquam enim ἄρνα mutandum erat in μάρτυρα. nec mutasset ille, si inspexisset Proverb. Diogen. pag. 197. Ἄρνα προβάλλει, ἐπὶ τῶν πολεμεῖν αἱρουμένων· οἱ γὰρ πόλεμον αἱρεῖν βουλόμενοι, κήρυκα ἔπεμπον ἄρνα ἐπιφερόμενον, ὃν ἐφίει ἔνδον, ἐνδεικνύμενος, μηλόβοτον αὐτῶν τὴν οὐσίαν ἔσεσθαι καὶ τὴν πόλιν. i. e. *Agnum projicit, de iis, qui bellum capessunt. Qui enim bellum suscepturi essent, caduceatorem cum agno ablegabant, quem dimittebat intus, significans, ipsorum bona ac urbem devastatum iri, ut pecudes ibi pascantur.* vel saltem, si ipsum Hesychium inspexisset supra in litera Α, ubi Ἄρνα προβάλλειν, inquit, νόμος ἦν Ἀθήνησι μὴ πρότερον συμβάλλειν, πρὶν ἢ τὸν ἄρνα προσμένων τις λάβῃ τῶν πολεμίων.

Προχύτας, ὅλας ἀπαρχάς.] Lege οὐλάς, ἀπαρχάς. Schol. Apoll. p. 10. Προχύται, οἱ μὲν τὰς κριθάς. Jam οὐλαὶ & κριθαὶ idem sunt.

Πολεῖσθαι, ἐπιμελῶς· τὸ πολλάκις φοιτᾷν.] Leg. Πωλεῖσθαι. Πωλεῖσθαι autem pro βαδίζειν dixisse veteres testatur Lysias *Orat. contra Theomn.* p. 129.

Πωλοδαμεῖν, πώλυ δαμάζειν.]. Pro πώλυ leg. πώλυς.

Cap. XLVI.

Litera Ρ *apud Heſychium percurritur.*

Ραγὰς, πήλυξ, ἡ ςαφυλὶς ῥωγὰς ῥάγαται ῥάναται] Male diſtincta ſunt, quæ ſic debebant, Ῥαγὰς, πήλυξ, ἡ σταφυλὶς, ῥωγάς. † Ῥάγαται, ῥάναται.

Ῥασσα, ῥάνατε.] Leg. Ῥασσατε, ῥάνατε. eſt ex *Odyſſ.* Υ. 150. ubi *Anonymus* etiam ῥάσσατε, ῥάνατε.

Ῥόθιον, ῥεῦμα, κῦμα τὸ μετὰ ψόφου γινόμενον.] Habet hanc vocem etiam Homerus *Odyſſ.* Ε. 412. - - ἀμφὶ δὲ κῦμα Βέβρυκεν ῥόθιον. ubi Scholia brevia ad τὸ ῥόθιον notant, ἀπὸ τοῦ γινομένου ἤχου τὸ σημαινόμενον, ἢ ῥοίζῳ φερόμενον καὶ ὁρμητικόν. & Euſtath. Ῥόθιον, ἐπίθετον κύματος ῥοθοῦντος κατὰ ὀνοματοποιΐαν. οἱ δὲ μεθ᾽ Ὅμηρον, τὸ ῥεῦμα οὕτω καλοῦσιν. οἱ δὲ ὕςερον Ἀττικοὶ, τὴν σύντονον εἰρεσίαν οὕτω φατι, καὶ ῥοθιάζειν, τὸ ἐρέσσειν εὐτόνως. Moſchopulus: Ῥόθος ὁ ἐκ τῶν κωπῶν ἀποτελούμενος κτύπος, ὅταν σφοδρῶς ἐλαύνωσιν. ἀφ᾽ οὗ ῥόθιον, τὸ κῦμα. Emendari dignum hac occaſione judicavi locum inſignem, qui eſt apud Dionem Caſſium lib. XXXVII. pag. 54. de Cæſare: Κἀντεῦθεν ἐς Βριγάντιον πόλιν Καλαικίας παραπλεύσας, τῷ τε ῥοθίῳ σφᾶς τοῦ πρόσπλου οὐ πώποτε ναυτικὸν ἑωρακότας ἐξεφόβησε, καὶ κατεστρέψατο.

στρέψατο. Horum verborum versio Latina sic habet: *Inde Brigantium Calaciæ urbem advectus, eos qui classem antehac nunquam vidissent, armamentis erectis territos in suam potestatem accepit.* Approbasse hanc versionem videtur Leunclavius: nihil enim ab eo ad hæc verba annotatum invenio. Sed miror magnopere, quo pacto τὸ ὄρθιον τοῦ πρόσπλου significare queat *armamenta erecta.* Procul omni dubio est mendum in τῷ ὀρθίῳ, de quo non cogitarunt doctissimi Interpretes. Pro eo legendum transpositis duabus prioribus literis, ῥοθίῳ· nam vocabulum ὄρθιον heic est ἀπροσδιόνυσον· contra vero appositum valde τὸ ῥόθιον, quod notat impetum & strepitum undarum qui oritur ex navibus per eas ferentibus. Elegans locus mihi occurrit apud Tucididem, quo emendationem meam confirmare, locumque hunc illustrare posse mihi videor, sc. lib. IV. cap. 10. Καὶ ἅμα ἀξιῶ ὑμᾶς, Ἀθηναίους ὄντας, καὶ ἐπισταμένους ἐμπειρίᾳ τὴν ναυτικὴν ἐπ' ἄλλους ἀπόβασιν (ὅτι εἴ τις ὑπομένοι, καὶ μὴ φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δεινότητος κατάπλου ὑποχωροίη, οὐκ ἄν ποτε βιάζοιτο) καὶ αὐτοὺς νῦν μεῖναί τε καὶ &c. *Insuper & vos obsecro qui Athenienses estis, & qui experientia nauticum in alios exscensum novistis (quod si quis hostium impetum fortiter sustineat, nec gravi fluctuum illisorum strepitu, & minaci navium incurrentium impetu territus recedat, is nunquam per vim summoveri possit)* ut

ut & nunc persistatis, & &c. ubi habes φόβῳ ῥοθίου καὶ νεῶν δεινότητος κατάπλου, ut hic ἐκφοβεῖν τῷ ῥοθίῳ τοῦ πρόσπλου. Schol. Thucyd. eo loco: Ῥόθιον δέ ἐστιν ὁ ἦχος τῆς εἰρεσίας.

Ῥύμη, τάξις, ἔριμος.] Pro ἔριμος l. ἔρυμος. i. e. *tractus*.

Ῥυτὸν, ποταμηδὸν, πολὺ μέγα ἑλκυστόν.] Cave mutes ῥυτὸν in ῥυδὸν ut vult V. D. sed distingue sequentia hoc modo: ποταμηδόν, πολὺ, μέγα, ἑλκυστόν.

Ῥωγὰς, οἱ μὲν τὴν ὀρσοθύραν, οἱ τὴν ἐκτομάδα οἱ δὲ τὰς θυρίδας, ἄλλοι τὰς κλίμακας, καὶ αὐτοὺς τοὺς βαθμοὺς τῶν κλιμάκων. † Ῥωγάδας, ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.] Equidem non dubito, quin prava distinctio etiam hæc verba occupaverit. & postrema sic legenda existimo, καὶ αὐτοὺς τοὺς βαθμοὺς τῶν κλιμάκων, ῥωγάδας, ἀνὰ ῥώγας μεγάροιο. Non enim Auctor voluit his verbis duas exponere voces Ῥωγας & Ῥωγάδας· sed unam tantum ῥώγας, plur. accus. quam vocem dicit alios interpretari ὀρσοθύραν, alios ἐκτομάδα, alios θυρίδας, alios denique κλίμακας, καὶ αὐτοὺς τοὺς βαθμοὺς τῶν κλιμάκων. tum postremo addit etiam ῥωγάδας. quo innuit, vocem ῥώγας etiam significare ῥωγάδας. id est, *prærupta loca*, *præcipitia*. Rem ita sese habere, constat ex eo quod addit post Ῥωγάδας, ἀνὰ ῥώγας μεγάροιο, quod est hemistichium Homeri *Odyss.* x. 143.

Ὡς

Ὡς εἰπὼν, ἀνέβαινε Μελάνθιος αἰπόλος αἰγῶν
Ἐς θαλάμους Ὀδυσῆος ἀνὰ ῥῶγας μεγάροιο.

ubi Schol. ῥῶγας, ῥύματα, θυρίδας, ἢ τὰς τῆς οἰκίας ὑπερώας διόδους. Ut probaret igitur Hesychius, vocem ῥῶγας significare id quod dixerat, adduxit hoc exemplum e Poëta. Ex quo satis patet, τὸ, ῥωγάδας, ut jam dixi, non esse novum vocabulum, sed pertinere ad expositionem praecedentis Ῥῶγας.

CAP. XLVII.

Restituuntur quaedam voces Hesychii in litera Σ.

Σίντιες, Θρακῶν τι γένος, οἱ δὲ τοὺς τὴν λίμνην οἰκοῦντας.] Pro λίμνην lege Λῆμνον. Hom. *Iliad.* Α. 594.

Κάππεσον ἐν Λήμνῳ, ὀλίγος δ' ἔτι θυμὸς ἐνῆεν.
Ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα. ubi Sch. Σίντιες, οἱ Λήμνιοι.

Odyss. Θ. 294. Οἴχεται ἐς Λῆμνον μετὰ Σίντιας ἀγριοφώνους. ubi Schol. Σίντιας] τοὺς τὴν Λῆμνον κατοικοῦντας ἄνδρας. unde Lemnus Σιντηῒς dicta. Apollon. l. 1. Εἰρεσίῃ κραναὴν Σιντηΐδα Λῆμνον ἵκοντο. ubi Sch. Σιντηῒς] ἐπιθετικῶς Σιντηῒς ἡ Λῆμνος.

Σιφλὸν - - μωρὸν &c] Leg. pro μωρὸν potius μῶμον. mox sequitur Σιφλὸς, μῶμος. & sic etiam Apollonii Schol.

Σκαθύρματα, σκαρυφίσματα, σκαλεύματα] Pro Σκαθύρματα lege Σκαλαθύρματα. est apud Comicum

micum in *Nubib.* p. 164. ubi vetus Scholiastes iisdem exponit vocibus, quibus hic Hesychius.

Σκινδάλαμος, σκόλοψ.] Non mutandum Σκινδάλαμος, uti vult Sopingius. vox est satis proba. Aristoph. *Nub.* p. 130. habet σκινδαλμός.

Λέγων ἀκριβῶν σκινδαλμοὺς μαθήσομαι;

quo in loco σκινδαλμοὶ sunt *verborum subtilitates, subtiles quæstiones.* Scholiasta exponit, λόγων ἰσχνῶν λεπτολογίας. tr. nslate: nam proprie σκινδαλμοὶ sunt ligna præacuta, in acutum rasa, σκόλοπες, ut hic Hesych. Scholia Comici paullo post: ἰδίως γὰρ σκινδαλμοὺς καλοῦμεν τὰ λεπτότατα τῶν καλάμων ξύσματα Habet & Lucianus hoc vocabulum, sed cum α, σκινδάλαμος, in *Dissert. cum Hesiodo* p. 488. σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις *Subtilitates autem & spinas excerpis.* ubi Schol. Σκινδάλαμοι, τὰ τῶν καλάμων ἀποξύσματα ἢ σκόλοπες, ἡ ἐπεξεργασία τῶν ἀκριβῶν &c. Nulla igitur ratio est mutandi cum Viro docto hanc vocem in Σκίνδυλος.

Σκυτίνων καθημένων. διεζωσμένοι εἰσῄεσαν οἱ κωμικοὶ ὑποκριταί. οἱ δὲ αἰδοῖα δερμάτινα τοῦ γελοίου χάριν ἀνώτερα τῶν ἰσχίων καὶ τῶν αἰδοίων παρακείμενοι.] Nihil ad hunc locum adnotavit Vir doctus, quam pro καθημένων l. καθειμένων. & sub. αἰδοίων. Sed ita necdum restitutum puto locum. ego sic distinguo & lego. Σκύτινον καθειμένον διεζωσμένοι εἰσῄεσαν οἱ κωμικοὶ ὑποκριταί. οἱ δὲ αἰδοῖα δερμάτινα τοῦ γελοίου χάριν ἀνωτέρω τῶν

ἰσχίων

ἰσχίων καὶ τῶν αἰδοίων περικείμενοι. Eſt ex Comici *Nubib.* pag. 157.

- - ἥτις πρῶτα μὲν

Οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον.

ad quem locum vet. Sch. διεζωσμένοι γὰρ δερμάτινα αἰδοῖα οἱ κωμικοὶ εἰσῄεσαν τοῦ γέλωτος χάριν.

Σφαδάζει inter alia Heſych. exponit μετὰ χολῆς ὀργίζεται καὶ μετὰ δόλου πολλοῦ.] Pro δόλου Tollius ad Longin. Sect. 25. legit τόνου. Sed ego potius leviore mutatione literæ δ in θ, quæ ſæpe inter ſe permutatæ à librariis ſunt literæ, legerem θολοῦ, ut ſit μετὰ θολοῦ πολλοῦ, *multa cum perturbatione.* quæ procul dubio vera eſt lectio. Et paullo poſt, ubi dicit Auctor, ταράττεται ὑπὸ τραύματος ζέοντος. Idem Tollius comma ponit poſt τραύματος, & ζέοντος mutat in ζέει. quæ criſis mihi, fateor, ſe quoque non probat. Scripſiſſe credo Lexicographum noſtrum, ταράττεται ὑπὸ τοῦ αἵματος ζέοντος, i. e. *perturbatur à ſanguine fervente.*

Σφραγγεῦντο, κατεπονοῦντο, ἐφλέγοντο, ἐψόφουν.] Lege ſimplici γ, Σφραγεῦντο. eſt ex *Odyſſ.* I. - - σφαραγεῦντο δὲ οἱ πυρὶ ῥίζαι. ubi Schol. inter alia etiam exponit κατεπονοῦντο, ἢ ἐταράσσοντο.

Cap.

Cap. XLVIII.

Hesychius à mendis quibusdam liberatus in vocibus a litera Τ *incipientibus.*

Ταλαύριον, ὑπομονητικὸν, τολμηρὸν, πολεμιστήν.] Recte monuit Guiet. Homerum habere ταλαύρινον. atque ita etiam legendum hic est. Sed cave credas, πολεμιστὴν esse explicationem vocis ταλαύρινον· est enim substantivum, cui jungitur apud Homerum epithetum ταλαύρινον. respexit enim Auctor noster ad locum Poëtæ *Iliad.* Ε. vers. 289.

Αἵματος ἆσαι Ἄρηα ταλαύρινον πολεμιστήν.

Solet enim Hesychius aliquando ex Poëtis veteribus explicare epitheta, iisque expositis addere substantiva illa, quibus junguntur, ut hic, Ταλαύρινον, ὑπομονητικὸν, τολμηρὸν, πολεμιστήν. ita supra, Ὁμοιΐου, τοῦ ὁμοῦ ἰέναι ποιοῦντος πτολέμοιο. ubi similiter Ὁμοιΐου est epitheton, quod exponit τοῦ ὁμοῦ ἰέναι ποιοῦντος. πτολέμοιο vero nomen cui jungitur apud Hom. Sic in κατὰ κόρρης, κατὰ τοῦ κροτάφου, ἢ κατὰ τῆς σιαγόνος, πλῆξαι.

Ταρπημένα, τερφθηναὶ, τερπνα.] Lege ταρπημέναι, τερφθῆναι, ταρπῆναι. Sic occurrit apud Apollon. III. v. 660. atque iisdem verbis explicat Scholiastes.

Ταρφὺς, στάχυς. Legit Salmas. ταχύς. Legendum potius, ut ego quidem censeo, τραχύς.

χύς. Supra etiam Auctor ταρφέα exposuit τραχέα.

Ταφὼν, ἐκπλαγεὶς, θαμβληθείς.] Leg. θαμβηθεὶς deleto λ.

Τερπικέραυνος, ὁ τερπόμενος ἢ τέρπων πᾶσι κεραυνοῖς.] Persuasum habeo, Hesychium scripsisse, ὁ τερπόμενος, ἢ τρέπων πᾶσι κεραυνοῖς: nam quid hoc est, *qui delectatur, aut qui delectat fulmine?* Jupiter non *oblectat* homines suo fulmine; sed *perterrefacit*. (*Fulmine terres* inquit Venus ad Jovem apud Virg. *Æneid* I. 234.) fulmine suo *prosternit* & *subvertit* impios & adversarios. Hoc itaque voluit Auctor, priorem vocis partem esse vel à τέρπεσθαι, *oblectari*, vel per metathesin literarum à τρέπειν, *vertere*, *subvertere*, *prosternere*. Corfirmari potest hæc emendatio ex Schol. Homeri, qui *Iliad*. Α. vers. 419. τερπικεραύνῳ, inquit, τερπομένῳ κεραυνοῖς, ἢ καταγωνιζομένῳ τοὺς ἐναντίους καὶ τρέποντι κεραυνοῖς.

Τετραθέλυμνον, τετράπτυχον, ἐκ τεσσάρων πτυχῶν τεθειμένον, ὅ ἐστιν ἐπιθήματα ἔχων τέσσαρα ἐπάλληλα, ἐκ τεσσάρων δερμάτων συνεστώς.] Lege ἔχον & συνεστός, sub. σάκος, ex *Odyss*. Χ. 122. Αὐτὸς δ' ἀμφ' ὤμοισι σάκος θέτο τετραθέλυμνον.

Τὴν - - καὶ ἀντὶ τοῦ ταύτην, ἄλλως τὴν μάτην.] Lege postrema illa, τηνάλλως, μάτην. nam τηνάλλως sign. *frustra*.

Τὴν ἠϊόνα, τὸν αἰγιαλόν.] Ad hæc verba notavit

tavit G. τίν' f. pro θὶν seu θῖνα. Verum nihil mutandum: nam τὴν est articulus quem præposuit Auctor voci ἠϊόνα, quam exponit τὸν αἰγιαλὸν, ut paullo ante τὴν εὐπερίστατον, τὴν εὔκυλον, & mox τὴν κύλικα, τὴν φιάλην, τὸ ποτήριον.

Τηϋσίην ματαίαν· συδὲ τηϋσίαν ὁδὸν ἔλθῃς.] Est hemistichium ex Homero, sic scribendum:

- - σὺ δὲ τηϋσίην ὁδὸν ἔλθῃς.

extat *Odyss.* Γ. vers. 315.

Τινόλλεον, διάπυρον, διάφορον, διεφθαρμένον, διαφανές.] Vitiosa est prima vox Τινόλλεον, pro qua legi debet non Τενθαλέον, ut vult Vir Doctus; sed Τινθαλέον· est enim à verbo τινθαλέω, quod præcessit, & exponitur πυρὶ διαθέρμω. Si majusculis characteribus scribamus, parum differunt ΤΙΝΟΛΛΕΟΝ & ΤΙΝΘΑΛΕΟΝ. & hinc natus error.

Τί νυ βίομαι, τί δὴ μέλλω βιῶν ὅ ἐστι· ζῆν.] Non est mutandum illud βίομαι, ut vult Vir Doctus, est enim Atticum pro βιῶμαι, ut πίομαι, φάγομαι.

Τμήδην inter alia exponit ἀποκεχρισμένως. lege ἀποκεχωρισμένως.

Τραγαστὰς, τὰς τὰ ἱερεῖα κλέπτοντας.] Lege τραγιστάς· ea enim vox *sacrilegos* notat. poscit etiam hoc ordo.

Τροφῆς, χάραξ, σκώληξ.] Ad hanc vocem hæc adnotavit Sopingius: Forte τροφεὺς, & designat vocem, quæ I *Paral.* XXII. habetur, εἰς τὰς ἥλας τῶν θυρωμάτων καὶ τῶν πυλῶν

καὶ

καὶ τὰς τροφεῖς. Verum fallitur Vir Doctus. legendum in *Paralip.* στροφεῖς, i. e. *cardines forium* cardo enim Gr. στροφεὺς dicitur. Joseph. *Bell. Jud.* VII. 26. τὶς -- πῦρ εἰς τὰς στροφέας ἐμβαλὼν τῆς πύλης; unde Ἑρμῆς στροφαῖος, qui ad cardines forium collocabatur. Hesych. Στροφαῖος Ἑρμῆς, ὁ πρὸς ταῖς θύραις ἱδρυμένος διὰ τὸν τῆς θύρας στροφέα. Vid. etiam Comici Schol. sub finem *Pluti*. Absorpta autem est litera σ hujus vocis à præcedente vocula τὰς, quæ etiam desinit in ς. Sed habent etiam στροφεῖς Editt. quas vidi.

CAP. XLIX.

Tres quatuorve voces in lit. Υ apud Hesych. emendantur.

Ὕαλον, λαμπρὸν, πρᾶον, ἠλίθιον, τίμιον.] Sed pro ἠλίθιον, τίμιον lege ἢ λίθον τίμιον. Aristoph. *Nub.* p. 170.

Ἤδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον
Ταύτην ἑώρακας, τὴν καλὴν τὴν διαφανῆ,
Ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι; τὴν ὕαλον λέγεις;

vide ibi Schol.

Ὑπερίκνοντο, ἔνιοι ὑπὲρ δύναμιν, ἵκνουν ὑπερικνοῦντο διὰ τὴν χαρὰν, ὅ ἐστιν ἐξετείνοντο.] Locus est corruptus, quem hoc modo restituere conatus est Salmasius: Ὑπερρίκνοῦντο. ita sc. leg. ὑπὲρ δύναμιν. οἱ δὲ ῥικνοῦντο, οἱ δὲ ὑπερρικνοῦντο διὰ τὴν χαρὰν δ' ἐστὶν ἐξελείνοντο. Sed fateor, hæc mihi

æque

æque obſcura eſſe ac Heſychii illa depravata. Ego potius totum locum ſic legerem: Ὑπερικλαίνοντο, ἔνιοι, ὑπὲρ δύναμιν ἴκνεν, ὑπερικνοῦντο διὰ τὴν χαρὰν, ὅ ἐστιν ἐξετείνοντο. Eſt enim ex *Odyſſ.* Φ. verſ. 3.

- - πόδες δ' ὑπερικταίνοντο.

ubi Euſtath. ἀντὶ τοῦ ἀνεπάλλοντο κατὰ Ἀρίσταρχον, ἢ ὑπερεξετείνοντο, ἄγαν ἰκνοῦντο.

Ὑποριζόμενος, ὁμοίως.] Lege Ὑποκοριζόμενος. præceſſit enim. Ὑποκορίζεσθαι, ὑποκοριστικοῖς λόγοις χρᾶσθαι, ἤτοι κολακεύειν,

Ὑπολίζοντες, μεγέθει ἐλάσαντες, ὀλιγώτεροι.] Certum eſt, legendum abſque τ, Ὑπολίζονες, quemadmodum conjecit Stephanus: nam reſpexit Heſych. ad Homeri locum, qui eſt *Iliad.* Σ. verſ. 518.

- - λαοὶ δ' ὑπολίζονες ἦσαν.

ubi Sch. Οἱ δὲ ὄχλοι ἐλάττονες καὶ μικρότεροι ἦσαν. quare pro ἐλάσαντες hic etiam ſcribendum ἐλάσσονες.

Cap. L.

Percurruntur obiter quatuor poſtremæ literæ apud Eundem Lexicographum.

Φιλομειδὴς, Φιλόγελως. Φιλῶν τὰ μειδιάματα ἱλαρά] Lege & diſtingue: Φιλομμειδὴς, Φιλόγελως, Φιλῶν τὰ μειδιάματα; ἱλαρά. Quando Auctor primo per Φιλόγελως & Φιλῶν τὰ μειδιάματα exponit, & dein per ἱλαρὰ, docere voluit, & de

de mare & de femina dici hoc vocabulum. nam hæc tria pertinent ad explicationem vocis Φιλομειδής. Non igitur debuit φιλῶν scribi litera majuscula, nec ἱλαρὰ mutari in ἱλαρὸς, quemadmodum factum à Salmasio, quasi esset expositio illorum φιλῶν τὰ μειδιάματα. Sed quando addidit Hesych. ἱλαρὰ, respexit ad locum Poëtæ, ubi est epithetum feminæ aut Deæ, ut *Iliad.* Γ. v. 424. Φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη, ubi Schol. ἡ φιλόγελως καὶ ἱλαρά.

Φορτὸν, ἐγκώμενον, βαρύ.] Lege sine distinctione, ἐγκείμενον βαρύ. Eurip. *Rheso.* 101. Κἀπικείσομαι βαρύς.

Φρονήσει, συνέσει.] Hæc recte se habent. Non φρονήσει mutandum in φρενίζει cum *Salmas.* neque συνέσει in συνήσει cum *Steph.* nam sunt dativi vel ablativi a φρόνησις & σύνεσις. Forsan respexit Auctor ad locum Lucæ in *Euang.* I. 17. ἐν φρονήσει δικαίων, ut illud φρονήσει exponat per συνέσει.

Χῆ, ἔθος, ἀπορία.] Conjecit Martin. scripsisse Hesych. Χατεῖ, ἀπορεῖ. vix credo. Sed procul dubio scripsit, Χῆτος, ἀπορία. Vocabulum enim χῆτος notat inopiam. Eustath. ad *Iliad.* I. 514. Χατέουσιν, inter alia exponit χρῄζουσι, additque ποιητικὴ λέξις. ὅθεν καὶ χάτις καὶ χῆτις, ἡ στέρησις, ἣν τινες καὶ χῆτος οὐδετέρως φασίν. habet Poëta hanc vocem *Odyss.* Π. vers. 35. Χήτει ἐνευναίων. ubi Schol. Χήτει,

σπάνει, ἀπορίᾳ. Plutarch. *de Adulat.* pag. 51. Ὥσπερ τῶν θηρίων, ὅσα πεφυκότα τὴν χρόαν τρέπεσθαι, συναφομοιοῦται τοῖς ὑποκειμένοις σχήμασι καὶ χωρίοις, ἀλλοτρίοις χρώμασι, χήτει οἰκείων, κοσμούμενος. *Sicut & animalia ea quæ colorem mutandi facultate prædita, subjectæ materiæ ac locis assimilantur, alienis coloribus atque figuris propriorum ob inopiam ornatus.*

Ψάκιον, ἀραιὸν, μακρόν.] Pro μακρὸν scribe μικρόν. Sch. Comici in *Pac.* p. 633. vocem ψακὰς, unde est ψάκιον, exponit τὸ μικρότατον.

Ψύττα, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποστραμεῖν λέγεται.] Pro ἀποστραμεῖν leg ἀποδραμεῖν. est apud Lucian.

Ὠιδήσας, περιάμενος.] Leg. Ὠδήσας, πριάμενος, ab Ὀδάω. supra Ὀδῆσαι, πρίασθαι, ἀποδόσθαι, ὠνήσασθαι. Ibidem: Ὄδησον, πώλησον. Occurrit apud Euripid. & alios.

Ὠνησάμην, ἐμεμψάμην.] Pro Ὠνησάμην legit Palmer. Ὠνοσάμην. Sed potest stare Ὠνησάμην. est enim ab ὀνέω vel ὄνημι, *vitupero.*

Ὥριμον, καίριμον, ἢ τὸν καιρὸν διήγειρεν, ἢ ἐτάραξεν.] Procul dubio transposita sunt hæc postrema διήγειρεν ἢ ἐτάραξεν, quæ non pertinent ad explicationem vocis Ὥριμον, sed sequentis Ὤρινεν. Supra in Lit. O. Ὄρινε sine augmento etiam exposuit Hesych. διήγειρε.

Ὦ τύμπανα, ὦ ἐπιτήδειοι τυμπανισθῆναι. τῶν ὠτίων.] Apud Comicum in *Pluto* p. 50. exclamat Blepsidemus: Ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρή-

ἀρήξειε; Sed apud Hesychium illa τῶν ὠτίων huc non pertinent: sunt explicatio vocis Ὠτῶν, quæ hic deest. Scribi igitur debebat post τυμπανισθῆναι. † Ὠτῶν, τῶν ὠτίων.

Ὤψαιον, ὄπτησαν, εἶχον, περιεβλέποντο, ἰδεῖν ἐβούλοντο.] Legendum arbitror, Ὤψειον, ὀπτασίαν εἶχον &c. ut sit imperfectum verbi Ὀψείω. Vide supra Ὀψείοντες.

Ὠψηκότα, βράδιον ἥκοντα.] Pro Ὠψηκότα Salmas. legit ὀψικότα. Ego nihil mutem: est enim præteritum ab ὀψέω, ὤψηκα, *sero venio.*

FINIS.



INDEX LOCORUM

Quæ in his

OBSERVATIONIBUS

explicantur, illuſtrantur, emendantur,

EX NOVO FOEDERE:

E*Piſtol. ad Rom.* v. 2.	pag. 149.
I. *ad Corinth.* I. 30.	1 & ſeqq.
v. 12.	68 & ſeqq.
II. *ad Corinth.* XII. 7.	104.
ad Philipp. II. I.	137 & ſeqq.
ad Coloſſ. II. 5.	80 & ſeqq.
II. 10.	122 & ſeqq.
II. *ad Timoth.* I. 12.	53 & ſeqq.
II. 15.	23 & ſeqq.
ad Hebr. I. I.	109 & ſeqq.
X. 32.	92 & ſeqq.

EX AUCTORIBUS PROFANIS:

Æ*Lianus Hiſt. Anim.* *illuſtr.* pag. 140. 141. 142. *emend.* 143. *ill.* 144. *emend.* 145. *ill.* 147. *emend.* 148. *ill. ibid.*

Ariſtophanes illuſtr. pag. 43. 44. 45. *expl.* 46. 47. 60. 62. 63. 64 65. 66. 71. 72. *bis.* 73. *expl.* 74. 75. 83. *emend.* 84. *emend.* 85. *ill.* 86. 87. 88.

Artemidorus emend. 65. *emend.* 95. *ill.* 96. 97. 98.

98. 99. *bis* 100. 101. 102. *emend.* 103. *ill.* 104. 105. 106. 107. 108.

Cebes Theb. illustr. 116. 118. 119. 120. 121.

Dion Cassius emend. pag. 183.

Euripides emend. p. 101.

Herodotus expl. & illustr. pag. 6. *ter* 7. *bis* 8. 9. 39. *bis* 40. 41. 42. *bis* 56. 57. 58. 59.

Hesiodus illustr. 111. 113. *emend.* 114. *ill.* 115. 116.

Hesychius illustr. pag. 101. *bis emend.* 133. *emend.* 152. *bis emend.* 153. *defens. ibid.* & p. 154. *illustr.* 155. *bis emend.* 156. *emend. defens. & ill.* 157. *emend.* 159. *ter emend.* 160. *bis emend.* 161. *defens.* ibid. *bis emend.* 162. *septies emendat.* 163. *ter emendat. semel defens.* 164. *emend. & defens.* 156. *quater emendat.* 166. *bis emend. semel def.* 167. *ter emendat. semel def.* 168. *def.* 169. *ter emend.* 170. *emend.* 171. *defens.* 172. *emendat.* ib. *emend. & defens.* 173. *quater emendat.* 174. *bis* 175. *bis* 176. *quinquies* 177. *bis* 178. *bis* 179. *aliquoties* 180. *semel def.* ibid. *def. & emend.* 181. *ter. emend.* 182. *bis emend.* 184. *ter emend.* 185. *bis* 186. *ter* 187. *bis* 188. *ter* 189. *ter* 190. *bis* 191. *ter* 193. *bis* 194. & 195.

Homerus illustr. a p. 124. *usque ad* pag. 137.

Longus Pastoral. emendat. p. 41.

Lucianus emend. pag. 18. *bis ill.* pag. 19. *expl. & ill.* 20. 21. 22. 48. 49. 50. *bis* 51. *bis* 52. 65. 66. 67. 77. 78. 79.

Scholiastes Aristoph. emendat. p. 11.

Septuaginta Interpp. ill. p. 25. & seqq.

Theocritus illustr. p. 88. *emend.* 89. *ill.* 90. 91.

Thucydides illustr. p. 10. 11.

Xenophon ill. pag. 13. 14. *bis emend.* 15. *illustr. & expl.* 16. 17.

INDEX

VERBORUM & PHRASIUM
Quæ in hoc Opuſculo explicantur, aut illuſtrantur.

A.

'Αγαλματοφόρος p. 152.
'Αγκοπτὴρ 153.
'Αγκύλη ibidem.
'Αγρει μὰν 153.
'Αγώνισμα oppoſite ad τὸ κτῆμα, 11.
Αἶγες pro κύμασι, 97.
'Αιψηρὸς 153.
'Ακαταθύμιον 101.
'Ακρωνία 154.
'Αλλὰ pro *quare*, 91.
'Αλλ' ὐδ' ὣς 72.
'Αμφορῆς νενασμένοι de quibus metaphorice dicatur, 76.
'Αμπάλλειν 154.
'Αμύστειν ibid.
'Αναδέχεσθαι pro ἀναδέχεσθαι εἰς ἑαυτὸν τὴν αἰτίαν, 66.
'Αναθεῖν 155.
'Ανακρούεσθαι de quibus proprie dicatur, 22.
'Αναλύζειν 155.
'Αναμετρεῖν 64.
'Αναρριπίζειν quid, 48.
'Ανασπᾶν τὰς νέας quid, 58.
'Ανατίθεσθαι 155.
'Ανεπίρρεκτοι χυτρόποδες quales ollæ, 114.
'Ανθέρικοι quid, 40.
"Αντρον pro *mari*, 156.
'Ανύειν, *obtinere*, 45.
'Απέρατον & 'Απέραντον utrumque dicitur, 61.
'Απέρωτος 156.
'Αποέρσαι ibid.
'Αποικοδομεῖν quid, 85.
'Απολιταργῆσαι 156.
'Απορραίειν 157.
'Απεράγμων quid Atticis, 79.
'Αραιρημένος quid, 57.
'Αρετὴ Poëtis pro *gloria* & *potentia*, 111.
'Αριθμὸς qui proverbialiter dicantur, 76.
"Αρνα περιβάλλειν 181.
'Αρχαῖον ἀποδεῖξαί τι 20.
'Αρχὴ τῆς στροφῆς quid, 9.
'Αρχὴν οὐ, *prorſus non*, 59.

'Ασό-

Ἀσόξενοι 157.
Ἀσώδης ibid.
Ἄτακτοι & ἀτακτοῦντες de quibus proprie. 182.
Ἀτέοντα 158.
Ἀτεράμων ibid.
Ἀτρεμίζειν 7.
Ἀττέλεβοι quid, 39.
Ἀχαΐνέαι 158.
Ἀχαρισίας δίκη apud Perſas, 13.
Ἀχέτας & Ἠχέτας 116.
Ἄωτον οἰὸς quid, 90.

B.

Βαλίας 159.
Βεῦδος ibid.
Βουκολεῖσθαι ib.
Βουλεύοντες οἱ γέροντες 56.
Βοῦς 159.
Βραβεῖα 160.
Βραβεὺς ibid.

Γ.

Γέναρχος pro *patre*, 160.
Γέρατα βασιλέων quid, 10.

Δ.

Δάκτυλος 160.
Διὰ in formulis obteſtandi, 138.
Διαβάλλειν &
Διάβολος quid, 42.
Διαιρεῖν 25.
Διαλλάττειν 19.
Διψᾶν 96.
Δορυφορήματα κωμικὰ 67.

E.

Ἐγκάμπτειν quid, 84.
Ἐγκάπτειν ibid.
Εἶναι ἐν Χριστῷ δικαιοσύνην quid, 2.
Ἐμβάφια 8.
Ἐμπὶς quid, 65.
Ἐν in *jurandi* & *obteſtandi* formulis, 138.
Ἐν τοῖς μάλιστα 18.
Ἐνδιδόναι de chorodidaſcalo quid, 78.
Ἐνεχυράζεσθαι 62.
Ἐνήλατον quid, 98.
Ἐνναίειν 88.
Ἐπαγάλλεσθαί τινι πράγματι 104.
Ἐπιδαψιλεύεσθαί τινι πράγματι 49.
Ἐπὶ δὲ, *præterea*, 15.
Ἐπίκουρος 161.
Ἐπίῤῥοθος ibid.
Ἐπιστρέφεσθαι 105.
Ἐπίτηδες & Ἐπιτηδὲς differunt, 161.
Ἐργάζεσθαι, &
Ἐργάτης, &

Ἔργον de quo κατ' ἐξοχὴν, 32.
Ἐριβώλαξ 162.
Ἐρίηρες ibid.
Ἑρκος ib.
Ἐῤῥῶσθαι φράσαι 163.

Z.

Ζάκλι 163.
Ζυγωθρίζειν ibid.
Ζωτικὸς ib.

H.

Ἡέπη 163.
Ἢ ὄιη 114.
Ἡρα φέρειν 163.
Ἠρίον 89.

Θ.

Θαλία 164.
Θρῆνυς 165.

I.

Ἱερὸς pro *magno*, 99.
Ἰπνὸς quid, 40.
Ἴσκειν 165.
Ἰωνικὸς proverbialiter de quo dicatur, 84.

K.

Καθαρθῆναι pro *castigari*, 165.
Καιροσέα 166.
Κακὴ ibid.
Κάλος pro *ungvento*, 133.
Καταθύεσθαι quid, 91.
Καταλαμβάνει vel Κατέλαβέ τινα ἀποθανεῖν &c. quid sign. 8.
Κατανύσσεσθαι 167.
Καταῤῥέζειν ibid.
Κατάβλιος quid, 105.
Καταφθατυμένη 167.
Καταχὲς 88.
Κατημαξευμένον 95.
Κερδοσύνη, *astutia*, 108.
Κερδώ, *vulpes*, ibid.
Κεχαραγμένος, *iratus*, 167.
Κῆμος quid, 168.
Κιγκλίζειν ibid.
Κιχλισμὸς ibid.
Κλεὶς cujus rei symbolum. 108.
Κλέπτειν pro *decipere*, 102.
Κλωμακόεσσαι 169.
Κυρὶξ 170.
Κυφὴ quare dicatur fortuna, 118.

Λ.

Λακεῖν de Apolline oracula edente, 44.
Λάτρις 170.
Λίθοι metaph. qui, 75.
Λινόπτης 170.
Λὶψ ibid.

Λόγῳ opposite ad τὸ ἀληθὲς quid, 51.
Λοξίας cur dicatur Apollo, 43.
Λόφιον 170.
Λυδῶν κόραι quare dictæ Virgines Ephesiæ, 146.

M.

Μαιμάω 171.
Μακέλλη ibid.
Μάκελλον unde 172.
Μάραινω ibid.
Μᾶσσον ibid.
Ματεῖν 173.
Μαυλὶς, *gladius*, ibid.
Μέλλειν pro φαίνεσθαι ibid.

N.

Ναὶ νεύρη 174.
Νάσσω ibid.
Νεβρὶς ibid.
Νεύρη ibid.
Νωχελὴς 175.

O.

Ὀδῆσαι, *emere*, 194.
Οἴκημα pro *lupanari*, 8.
Οἰκονόμος 175.
Οἶος solus, pro *magno* & *præcipuo*, 114.
Ὁμόθεν *e propinquo*, 14.
Ὅμοια τὰ μάλιστα quid, 57
Ὁμοῖος 175.
Ὁμοῦ Attic. *prope*, 14.
Ὀνήμενος 176.
Ὀρθοτομεῖν de quibus proprie dicatur, 28.
Ὀρυγμαδὸς & Ὀρυμαγδὸς utrumque dicitur 176.
Ὀψείειν 177.

Π.

Παιὼν unde dictus Apollo, 43.
Παμπησία 178.
Παρά τινος ἥκειν quid, 50.
Παραβάλλειν 178.
Παράγειν quid in re militari, 16.
Παραθεωρεῖν 178.
Παρακαλεῖν & Παράκλησις ἐν Χριστῷ quid, 137.
Πατέεσθαι, *vesci*, 40.
Παύειν verbum celeustis proprium, 22.
Πεπληρωμένοι quid & unde metaph. 124.
Πεπλασμένα ἱερὰ quid, 71.
Περιδίδοσθαι quid, 73.
Περιῤῥηδὴς 179.
Πηγυλὶς 180.
Πῆχυς in arcu quid, 137.
Πιστεύειν in depositis idem quod παραλίθεσθαι 53.

Πλαδόωσα 180.
Πλαταμὼν ibid.
Πολιὴ cur dicatur ἅλς, 128.
Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως unde metaph. 109.
Περαίνειν vel Περούνειν λέχ@ quid, 133.
Πρεσβείη 180.
Προβάλλειν ἄρτα ibid.
Πρόβατα metaph. qui 76.
Πρὸς τὰς θύρας quid sign. 120.
Προσάγειν & Προσαγωγεὺς de quo κατ' ἐξοχὴν dicatur, 149.
Προφορεῖσθαι τὸ οὐδὸν quid, 86.
Προχύτ 181.
Πυθὼ quid, 6.
Πωλεῖσθαι 181.

P.

Ῥαγὰς 182.
Ῥιγεῖν & Ῥιγῶν quid differant 48.
Ῥίον 90.
Ῥόθιον quid, 182.
Ῥυτὸν 184.
Ῥωγὰς ibid.

Σ.

Σίντιες quinam 185.
Σιφλὸς quid, ibid.
Σκαλαθύρματα ibid.
Σκινδάλαμ@ & Σκινδαλμὸς quid, 186.
Σκόλοψ cujus rei symbolum, 104.
Σκύτινον καθειμένον 187.
Σταθμοὶ & παραστάδες junguntur, 66.
Στρατηγὸς τῆς πόλεως pro magistratu, 107.
Συμβαίνειν quid, 51.
Συνίθεσθαι quid apud Hom. 125.
Σφαδάζειν 187.
Σφαραγεῖσθαι ibid.
Σωκράτης quare Μήλι@ dictus, 74.

T.

Ταλαύρινον 188.
Τὰ πολλὰ χλευάζειν, ἐπισκώπτειν &c. 19.
Ταρφὺς 188.
Τερπικέραυν@ unde Ζεὺς dictus, 189.
Τετραθέλυμνον 189.
Τέχνης definitio, 77.
Τίμοι; pro τί μοι διαφέρει, 69.
Τί μοι καὶ κρίνειν; 68.
Τινθαλέον quid & unde, 190.

Τρα-

Τραγιςαὶ ibid.

Υ.

Ὕαλ☉ 191.
Ὑβρισμένον quid, 17.
Ὑπὲρ in obteſtandi formulis, 139.
Ὑπεριπταίνεσθαι 192.
Ὑπολίζονες ibid.
Ὑπομονητικὸν quid, 99.
Ὕςερ☉ pro δεύτερ☉ 17.

Φ.

Φιλομμειδὴς 192.
Φροντιςαὶ &
Φροντιςήριον de Philoſophis & eorum Schola, 63.

Χ.

Χάρις de *doctrina Evangelii*, 151.
Χῆτ☉, *inopia*, 193.
Χθόνι☉ pro ὑποχθόνι☉ 57.
Χρείαν ἀπαρτῆσαι quid, 106.
Χρήσασθαι, *fœnerari*, 62.
Χωρεῖν 148.

Ψ.

Ψάκιον 194.
Ψύττα ibid.

Ω.

Ὡς ἄμεινον ἦν qualis formula, 22.

F I N I S.



HORATII VITRINGA C. F.

ANIMADVERSIONUM

AD

JOHANNIS VORSTII

DE

HEBRAISMIS N. TEST.
COMMENTARIUM
SPECIMEN

In quo

Disquiritur, an nonnulla loquendi genera in Novo Fœdere Hebraismorum numero merito adscribantur.

LECTORI.
BENEVOLO
S. P. D.
LAMBERTUS BOS.

DAri in Novo Fœdere Hebraiſmos, ſive loquendi formas ad genium & proprietatem Linguæ Hebraicæ effictas, res eſt certiſſima, & dudum a Doctis evicta. Multæ profecto occurrunt in eo dictiones & phraſiologiæ, quarum quidem verba ipſa Græca ſunt, ſed quæ alio modo conſtruuntur, alioque ſenſu ſumuntur, quam apud eos qui pure Græce ſcripſerunt. Rem igitur magnopere laudandam & apprime utilem ad recte intelligendum Sacros Novi Fœderis Libros fecerunt illi, qui Hebraizantes loquendi modos iſtic occurrentes demonſtrarunt atque congeſſerunt. Quos inter familiam ducit Vir Erudi-

tisſi-

tiſſimus, Johannes Vorſtius. Sed quod negari etiam nequit, nimius ſæpe in hoc argumento fuit, dum multa dicendi genera Hebraiſmorum claſſi accenſuit, quæ vere & pure Græca ſunt. Scilicet, ſi legere ſe non meminiſſet exemplum, aut in Lexico aliquo non reperiret quid ſimile, ilico ad Hebraiſmum confugere cœpit. Id quod videns Eximius Doctiſſimuſque Juvenis, HORATIUS VITRINGA, Optimi Parentis ſimilis Filius, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, diligenter percurrere inſtituit totum Vorſtii opus de Hebraiſmis, multaque animadvertit, quæ in eo ad Hebraizantes loquutiones immerito retuliſſe videbatur Vir Doctus, & ingenti aliquando teſtimoniorum copia ex variis Auctoribus probavit, Græcas eſſe phraſes, quas pro talibus ille non agnoſcebat. Optandum fuiſſet, Benevole Lector, ut ſuperſtes Doctiſſimus Juvenis ipſe hoc ſuum egregium monumentum literarium in lucem edidiſſet. Sed hoc

non

non fuit in fatis. *Quem Deus diligit, adolescens moritur.* In florente ætate nobis ereptus est Eximius hic Juvenis, annos natus duodeviginti, gravi Parentum, Amicorum omniumque Musas colentium dolori. Nostri tamen officii putavimus, non committere, ut Ejus nomen, cujus egregiæ adeo dotes ac virtutes fuerunt, quique præclare admodum, si ætas longior suppetisset, de re literaria meriturus fuisset, posteritati non commendetur. Visum itaque fuit nobis, excerpere quædam ex illis ad Vorstium Animadversionibus, eaque publici facere juris, ut pateat, qualis quantusque fuerit in viridi illa ætate ὁ Μακαρίτης noster, quam felicis ingenii, quantæ industriæ, diligentiæ, &, quod maxime mirandum est, quam multæ lectionis. Jam enim omnes fere melioris notæ Auctores Græcos magno cum judicio legerat, evolverat, inque suum converterat usum: ad nonnullos suas fecerat observationes, tex-

tus emendaverat, versiones Latinas correxerat. Maxime vero desudaverat in Luciano atque Æliano; ad quos Auctores multa etiam bene admodum & docte omnino observavit, digna quæ Orbi Erudito impertiantur. Præterea ex Aristophanis, Luciani & Sophoclis Scholiis concinnaverat quasi Lexicon verborum ab Antiquis illis Interpretibus explicatorum, opus perutile illis qui Græcas amant Musas. Laudandus igitur summopere est, & in numero felicium reponendus, cui quantulumcunque temporis contigit, bene adeo collocatum est. Accipe autem in præsenti B. L. paucula hæc Fxcerpta è Scriptis Præstantissimi hujus Juvenis. Ex aliis quæ reliquit doctrinæ monumentis nonnulla etiam Tecum data occasione communicabimus. Vale. Franequeræ A. D. xv. Kal. Sextileis CIↃ IↃCCVI.



HORATII VITRINGA C. F.

ANIMADVERSIONUM

A D

JOANNIS VORSTII

D E

HEBRAISMIS N. TEST. COMMENTARIUM SPECIMEN.

Cap. I.

Ξηρὰ pro terra, non ſolum apud Sacros Scriptores, ſed etiam apud τὺς ἔξω, *ſubint.* γῆ· *frequentius vero apud hoſce neutrum* ξηρὸν, *ſubint.* πέδον. Ξύλον *pro arbore dixere Græci Auctores antiqui. Apud eoſdem etiam reperitur locutio* ἐν ἐκείναις ἡμέραις pro ἐν ἐκείνῳ χρόνῳ Καθ' ἡλικίαν τινὸς *recteGræce dicitur pro ætate vel temporibus alicujus.* Ποιεῖν καρπὸν *phraſis etiam Græca.*

Claſſem Hebraiſmorum primam Vorſtio faciunt nomina, quæ *origine quidem genuina Græca ſunt*; *ſed vim ac ſignificationem quandam receperunt, quæ in vulgari Græca Lingua non obſervatur.*

Illam vero auſpicatur ejuſmodi dictionibus, quibus *alludebant Sacri Scriptores ad originem alicujus vocis Hebrææ, quam vocabulo Græco reddere volebant.* Exemplo eſt vox ξηρὰ apud Matth. XXIII. 15. περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. Concedo Viro Docto, Sacros Scriptores rationem habuiſſe vocis Hebrææ, ubi utebantur Græcâ ξηρὰ pro *terra*, & fateor, rarius ita occurrere apud proſæ Scriptores. Sed tamen cum Vorſtio negare nolim, eos unquam ſic eſſe loquutos. Eſt enim apud Æſopum in Fabula de cerva, quæ altero capta oculo, τὸν μὲν ὑγιᾶ τῶν ὀφθαλμῶν πρὸς τὴν ξηρὰν διὰ τοὺς κυνηγέτας ἔχουσα, τὸν δὲ λοιπὸν πρὸς θάλατταν, *oculum incolumem terram verſus intendebat propter venatores, alterum vero mare verſus.* Moſchopulus ad Heſiod. Ἔργ. Ὁδεύειν ἐπὶ ξηρᾶς· πλεῖν καὶ στέλλεσθαι ἐπὶ θαλάσσης· πορεύεσθαι ἐπ' ἀμφοτέρων, ἀφ' ὧν ὀνόματα, ὁδὸς ἐπὶ ξηρᾶς, πλοῦς καὶ στόλος ἐπὶ θαλάττης. Quando autem ξηρὰν ſic uſurparunt, ſubintell. γῆν. quæ vox additur in illo verſu apud Athenæum lib. XIII. p. 598.

Δαρδανίην δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν.

Mortuam vero ſepelivit in terra Dardania. Sed frequentius non tantum Poëtæ, verum etiam Proſæ Scriptores in neutro τὸ ξηρὸν dixere. Ariſtot. *de Mundo* cap. 3. Καὶ τὸ μὲν ἄνω θεῶν ἀπέδειξε οἰκητήριον, τὸ κάτω δὲ ἐφημέρων ζώων. αὐτοῦ γε μὴν τούτου τὸ μὲν ὑγρόν ἐστιν, ὃ καλεῖν

πολα-

ποταμοὺς, καὶ νάματα καὶ θαλάσσας εἰθίσμεθα. τὸ δὲ ξηρὸν, ὃ γῆν τε, καὶ ἠπείρους καὶ νήσους ὀνομάζομεν. Idem *Hist. Anim.* l. IX. cap. 37. εἰς δὲ τὸ ξηρὸν ἐξέρχεται μόνον &c. & *de Mirabil* p. 878. Ἐν Ἰνδοῖς ἐν τῷ κέρατι καλουμένῳ ἰχθύδιά φασι γίνεσθαι, ἃ ἐν τῷ ξηρῷ πλανᾶται, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ποταμόν. quod ipsum Theophrastus sine dubio γῆν dixit, in his apud Athen. lib VIII. c. 2. Ἐν Ἰνδοῖς δέ φησι Θεόφραστος τινὰς ἰχθῦς ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὴν γῆν ἐξιόντας, καὶ πηδῶντας πάλιν ἐς τὸ ὕδωρ ἀπιέναι. Ælian. *Hist. Anim.* l. V. c. 27. Θεόφραστος δὲ δαιμονιώτατος λέγει ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ γῇ τοὺς ἰχθύας ἀνιόντας ἐκ τοῦ ποταμοῦ, εἶτα μέντοι ἐν τῷ ξηρῷ νομὰς ποιεῖσθαι πολλάκις. Vide etiam locum Clearchi apud Athen. l. VIII. c. 2. Et ut in ξηρὰ subauditur γῆ, ita in ξηρὸν, πέδον, quæ vox additur in illo versu apud Athen. l. III. c. 23.

Κυρταὶ δ' ὁμοῦ καρῖδες ἐν ξηρῷ πέδῳ.

Et gibbæ simul squillæ in sicco solo.

Inferius notat, vocem ξύλον pro *arbore* ad imitationem Hebræorum usurpari in N. T. Sed videamus nos, quid suggerant Græci. Callim. *Hymno in Cerer.* vers. 40.

Ἤσθετο Δαμάτηρ, ὅτι οἱ ξύλον ἱερὸν ἀλγεῖ:

Sensit Ceres sacram sibi arborem dolere.

Huc pertinet etiam Oraculum illud Neleo datum, ἐγεῖραι ξόανον τῇ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων. cujus historiam vide apud Schol. Callim.

lim. *H. in Jov.* v. 77. Athenæus l. v. c. 25. Alexandrinorum photingas tradit confici ex eo quod vocant lotum: ξύλον δ' ἐστὶ τοῦτο γινόμενον ἐν Λιβύῃ: *eſt vero arbor quæ naſcitur in Libya.* Operæ pretium eſt eundem audire lib. XIV. c. 18. ex Polybio Megalopolitano: ἔστι δὲ τὸ δένδρον ὁ λωτὸς οὐ μέγα. Apud Lucian. *Deor. Dial.* p. 210. queritur Apollo de Daphne, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον ἢ ἐμοὶ συνεῖναι, *ut maluerit arbor eſſe quam me amare.* Quin καρπὸς abſcribitur ξύλῳ ab Anton. Liberali *Metam.* c. 35. p. 468. de Smyrna mutata in arborem: Τοῦτο λέγεται κατ' ἔτος ἕκαστον δακρύειν τὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου καρπόν. Atque illud forte imitatus eſt Horatius *Carm.* lib. II. *Od.* 13.- *agro qui ſtatuit meo Te triſte lignum.* & l. I. *Epiſt.* 6.- *Virtutem verba putas ut Lucum ligna.* id eſt, putas verba conſtituere virtutem, ut lucum conſtituunt arbores.

Capite III. inter alia agit etiam de phraſi, ἐν ἐκείναις ἡμέραις. *Fit, quidem* (ſunt verba Vorſtii:) *ut apud Græcos* ἡμέρα *tempus notet, ſed hoc tamen non promiſcue fit & ubivis. In narrationibus minime id locum habet. Vulgares Græci ſic ſolent ſcribere,* Κατὰ δὲ τοῦτον καιρὸν &c. *non vero* ἐν ἐκείναις ἡμέραις. *Lege ſis Thucyd. Diodor. &c. & verum deprehendes quod nos nunc dicimus.* Provocat V. D ad Diodorum, ut invictum ejus quod dicit teſtimonium Neque ego alium deſidero teſtem, non alium arbitrum,

trum, qui litem hanc decidat. Sic ille lib. xx. p. 835. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις Κάσανδρος μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν Δημητρίου, τὰς μὲν κατὰ τὴν Θετταλίαν πόλεις ἀνεκτήσατο. & p. 836. Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ Πτολεμαῖος &c. Sic etiam Dionyſ. Halic. l. IV. *Ant. Rom.* p. 271. de Tarquinio Superbo, ubi narraverat, privatum adhuc fratrem veneno ſuſtuliſſe, addit, οὗτος ὁ τὴν γαμετὴν - - - ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν φαρμάκων ἀποκτείς.

Quod autem poſtea animadvertit contra Salmaſium, dici quoque κατὰ ἡλικίαν τινὸς, recte admodum obſervat. Addam exempla quædam, quæ hoc dicendi genus adſtruere poſſint. Diod. Sic. l. III. p. 201. Πρὸς δὲ τούτοις Θυμοίτην τὸν Θυμοίτου, τοῦ Λαομέδοντος κατὰ τὴν ἡλικίαν γεγονότα τοῦ Ὀρφέως. Dion. Halic. l. I. p. 2. μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς ἡλικίας, *uſque ad noſtra tempora.* Idem p. 28. ὅτι κατὰ τὴν Ἡρακλέους ἡλικίαν ἢ μικροῦ πρόσθεν οὕτως ὠνομάσθη. *Quod Herculis temporibus, vel paullo ante ita nominata ſit.* & lib. II. p. 82. καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν ἡλικίαν. p. 93. ἕως τῆς καθ' ἡμᾶς ἡλικίας. & p. 120. l. III. p. 202. Lucian. *Demoſth. Encom.* p. 688. Athen. l. II. p. 464.

Cap. V. agit præter alia de phraſi, ποιεῖν καρπὸν, quam Hebræam putat. Sed videor mihi oſtendere poſſe, phraſin ſatis eſſe Græcam. Verbum ποιεῖν Græcis frequentiſſimum eſt pro *gignere, producere, parere.* Athen. l.

IX. c. II. p. 394. τίκτει δ' ὠὰ δύο, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἄῤῥεν ποιεῖ, τὸ δὲ δεύτερον, θῆλυ. quem locum describit Ælian. *Var. Hist.* I. 15. Sed requires forsan exemplum, quo de arboribus dicitur ποιεῖν καρπόν. En tibi Aristotelis locum *de Plant.* l. I. c. 4. p. 773. Πάλιν τῶν φυτῶν τινὰ μὲν ποιοῦσι καρπὸν, τινὰ δὲ οὐ, ὡς ἰτέαι, καὶ τινὰ εἴδη δρυῶν, καὶ τινὰ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, τινὰ δὲ οὐχὶ, καὶ τινὰ μὲν ποιοῦσι φύλλα, τινὰ δ' οὐ. *Rursum plantarum aliæ fructum ferunt. aliæ non ferunt, ut salices & quercuum nonnullæ species. & aliæ oleum emittunt, aliæ non; aliæ folia edunt, aliæ non.* & cap. 6. pag. 774. Τινὰ γὰρ κρεῖττον σπέρμα ποιοῦσι, τινὰ χεῖρον. *aliæ melius semen ferunt, aliæ pejus.* Idem lib. II. cap. 4. pag. 780. Καὶ πάλιν ὃ δένδρον ποιεῖ τι ἐγγὺς τροφίμου, ἐκεῖνο γεννᾶται ἐν τόποις ὑψηλοῖς, καὶ ψυχροῖς. *Et rursus quæ arbor fert aliquid quod prope accedit ad alimentum, illa nascitur in locis altis & frigidis.* & cap. 10. p. 784. δένδρα δὲ, ὅσα γεννῶνται ἐν ὕδατι ὀξώδει, ποιοῦσι καρπὸν γλυκύν. *arbores quæ nascuntur in aqua acida, ferunt fructum dulcem.*

CAP.

Cap. II.

Vita hominis etiam apud Græcos & Romanos Auctores comparatur cum via vel itinere: unde τὸ, vivere exprimitur per βαίνειν, βαδίζειν, ςείχειν, περιπατεῖν &c. *incedere, ire, ambulare. Hinc etiam facultates quibus vita sustentatur,* ἐφόδια, *viatica apellantur. Verba* κοιμᾶσθαι, καταδαρθεῖν, εὕδειν, καθεύδειν &c. *de mortuis Gr. dicuntur.* Οὐ *in sensu probibendi recte etiam Gr. dicitur.* Πρὸς *pro propter usurpari in N. T. novum non est.* Κατὰ *similiter propter notat. Aristophanis Interpres bis terve castigatus.*

CAp. VI. observat, verba περιπατεῖν & πορεύεσθαι in N. T. pro *vivere* usurpari, per Hebraismum. Credibile quidem est, respexisse in hisce Scriptores Sacros ad Hebræa; verumtamen adnotabo, apud Græcos, ut & Romanos vitam hominis comparari cum *via* vel *itinere*, unde & *vivere* exprimitur illis verbis, quæ significant *incedere*, *ire*, *ambulare*, *proficisci*, sc. βαίνειν, βαδίζειν, ςείχειν, ὁδεύειν. περιπατεῖν &c. Anacreon *Ode* in *se ips.*

Ἐπειδὴ βροτὸς ἐτέχθην
Βιότȣ τρίβον ὁδεύειν,
Χρόνον ἔγνων, ὃν παρῆλθον,
Ὃν δ' ἔχω δραμεῖν, ȣ̓κ οἶδα.

Quoniam homo natus sum,
Et vitæ spatium emetiendum est,
Scio tempus, quod absolvi:
Quod vero restat mihi, non scio.

 Anth.

Anth. Poët. l. 11. c. 47. Epigr. 39. εἰς ὁδὸν ἵππος οἶνος· ἐπεὶ πεζοῖς ἀτραπὸς εἰς Ἀΐδην. *Vinum in via est equi loco, quoniam pedes tendunt in Orcum.* & lib. v. Epigr. 26. in Democrit.

Αἰεὶ δὲ σφαλερὰς ἐγέλας βρότοιο κελεύθους.

Semper vero lubricas ridebas vitæ vias.

Apud Stob. *Serm.* 124. p. 618. Ὅτι ὁδοῦ ἀνθρωπίνης χρὴ νομίζειν ἀρχὴν μὲν, γένεσιν, τέλος δὲ θάνατον. *Quod viæ hominis oporteat habere carceres ortum, & terminum mortem.* Idem in principio *Serm.* 9.

Βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἣν δίκαιος ᾖς.

Recta via insistas, si justus es.

& p. 102.

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν.

Monumentum hoc est Hipparchi, incede justitiam cogitans.

Petron. *Si quis vitiorum omnium inimicus rectum iter vitæ cœpit insistere.* Et alibi, *inflati ambulamus.* Atque inde est, quod bona & facultates dicantur ἐφόδια, *viatica.* Aristoph. *Pluto* p. 99. Ed. Genev. -- τἀφόδια κατεσθίειν, *bona exedere.* Sch. τὰ ἀναλώματα, τὴν οὐσίαν, ἔφοδος θηλυκῶς ἡ ἐπέλευσίς τινος, ἐφόδιον δὲ οὐδετέρως, καὶ ἐφόδια πληθυντικῶς, τὰ ἐν τῇ ὁδῷ κυρίως γινόμενα ἀναλώματα, ἐνταῦθα δ' ἁπλῶς λέγει τὰ ἀναλώματα.

Transeo jam ad aliam dictionem, qua κοιμᾶσθαι in N. T. dicuntur illi qui mortui sunt. Bene

ne habet, quod ſuccurrat hic ipſe Vorſtius, qui adfert ex Orpheo, ubi mors dicitur *frater ſomni:* & alibi, *adferre ſoporem æternum.* & Virg. ſoporem *lethi conſanguinem* dixiſſe obſervat. Pſochen. adſcripſerat ex Homero, Ὣς ὁ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον Si quis plura hujusmodi exempla deſiderat, adnotabo in ejus gratiam quæ mihi in legendis Scriptoribus occurrerunt. Ita quod ὕπνος dictus ſit ἀδελφὸς θανάτου, egregium eſt Apophthegma Gorgiæ apud Stob. *Serm.* 118. pag. 600. qui ſenex admodum cum vires inciperent deficere, atque in ſomnum laberetur, à familiarium quopiam interrogatus, quomodo haberet, reſpondit, ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ, *jam aggreditur ſomnus me tradere fratri.* Inde eſt quod εὐνᾶσθαι dicatur de eo qui *mortuus* eſt, ut & καταδαρθεῖν, εὕδειν, καθεύδειν, ὑπνῶσαι, & ὕπνον ἔχειν, quæ omnia proprie ſign. *dormire.* In *Anthlo.* Poët. l. III. cap. 22. Epig. 27.

Οὐχ ὅδε δειλαίου. Σατύρου τάφος, οὐδ' ὑπὸ ταύτῃ,
Ὡς λόγος, εὔναστα πυρκαϊῇ Σάτυρος.

Non hic miſeri Satyri eſt tumulus, neque ſub hoc,
Quod ajunt, dormit rogo Satyrus.

cap 33. Epig. 17.

- - εὐνήθης δ' ὕπνον ὀφειλόμενον.

Sopitus vero es ſomno debito.

cap.

cap. 25. Ep. 53.

Ἕυδεις ἐν φθιμένοισιν, Ἀνάκρεον, ἐσθλὰ πονήσας:

Dormis inter mortuos, Anacreon, qui bona fecisti.

Stob. *Serm.* 120. p. 609. Πᾶς γὰρ λέγει τις, ὁ μακαρίτης οἴχεται, κατέδαρθεν, εὐδαίμων ὅτ' οὐκ ἀνιάσεται. *Quisque enim dicit, non amplius est beatus, mortuus est, felix, qui doloribus & miseriis est exemtus.* in *Anthol.* l. III. c 6. Ep. 60. in Cursorem fulmine neci datum Epitaph.

Τηλοῦ δ' Αἰγανέης τε, καὶ Βεροίης
Νικηθεὶς ὁ δρομεὺς καθεύδει:

Procul vero ab, Æganea & Beræa Fulmine victus cursor dormit. Frequenter etiam κοιμᾶσθαι & κοιμᾶσθαι ὕπνον eo sensu occurrit. *Anth.* l. III. c. I. Ep. 6. -- τὸν γλυκὺν ὕπνον Κοιμᾶσθαι χώρην πέμψαν ἐπ' εὐσεβέων, *ut somnum dulcem dormirem, in regionem miserunt piorum*, cap. IX. Ep. I. — ἐπὶ γούνων Ματρὸς κοιμηθεὶς, τὸν βαθὺν ὕπνον ἔχει, *super genubus Matris dormiens altum soporem habet.* c. XIX. Ep. I. Αὐτὸς δ' εἰκοσέτης νήγρετον ὕπνον ἔχεις. *Ipse vero vigesimum annum agens alto obrutus es somno.* & cap. XXII. Ep. 21. Νήγρετον ὑπνώσας τὸν ἀμείλιχον ἵκτο πρὸς ᾅδην. *Perpetuo sopitus somno implacabilem venit ad Orcum.*

Cap. VII. inter alia agit de particula οὐ in sensu prohibendi, pro μὴ, ut Matth. VIII. 21. οὐ φονεύσεις. Occasionem huic rei dedisse videbatur Vor-

Vorstio, quod Hebræi ita uterentur sua vocula negante. Sed scrupulum omnem tollet locus quem adscribo ex Aristoph. Νεφ. p. 151. Ἄλλο τι δῆτ' ȣ̓ νομιεῖς εἶναι θεὸν ȣ̓δένα, πλὴν ἅπερ ἡμεῖς. *Aliud quid Deum esse noli putare, quam quæ nos.* & apud Stob. *Serm.* 115. p. 592. Οὐ μακαριεῖς τὸν γέροντα, *noli beatum prædicare senem.*

Inferius proponit duas Cameronis conjecturas, quarum altera est, quod Matth. XIX. 8. Ὅτι Μωσῆς πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν -- existumet, præpositionem πρὸς notare *propter* At novum hoc non est. Lucian. *Prometh.* pag. 181. πρὸς δὴ τί τȣ̃τ' ἔφην; *Quare vero illud dixi?* mox sequitur ὅτι, *propterea quod.* Dion. Hal. *Ant.* l. IV. p. 215. Οὐκ ἐάσω πρὸς τὰ χρέα ἀπάγεσθαι, *ob debita abduci non sinam.* sic pag. 235. & 328. & alibi sæpius. Anton. Lib. Met. c. 5. Πρὸς δὲ τȣ̃το Νεόφρων ὁ παῖς τῆς Τιμάνδρης χαλεπῶς εἶχε: *Ægerrime propterea Neophron Timandræ filius affectus erat.* & cap. XI. Ἀηδὼν δὲ οἰκτείρασα πρὸς τὴν παλαιὰν φιλίαν. *Aëdon ob pristinam miserata amicitiam.* Idem cap. 12. πρὸς δὲ τὸν θάνατον αὐτȣ̃ καὶ Θυρίη ἡ μήτηρ κατέβαλεν ἑαυτὴν εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ λίμνην: *Ob ejus vero mortem mater Thyria in eandem ac ipse paludem se præcipitavit.* cap. 13. Θαυμάσας πρὸς τὸν ὄγκον τȣ̃ σώματος, καὶ ἔτι πλέον πρὸς τὰς μελίσσας: *Miratus propter corporis molem, & magis adhuc propter apes.*

Alte-

Altera observatio est, de præpositione κατὰ, quod & illa *propter* notet, in eo, κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. Illud vero adnotat ad imitationem Hebræorum forte esse. Sed benignus hic est Vorstius, & unico Josephi loco fretus pronunciat, non esse dictionem infrequentem Auctoribus, qui cœteroquin non solent Hebraisare. & recte quidem censuit Vir Doctus. Ita enim Aristoph. *Eccles.* p. 739.

-- αἱ δὲ δὴ Λακωνικαὶ Ὤχοντο μετὰ σοῦ, καὶ κατὰ τί, χ' ἡ βακτηρία. -- *Calceamenta vero virilia Iverunt tecum quoque, quare? & baculus*. Int. non intellexisse videtur hanc hujus præpositionis notionem, qui κατὰ τί plane omisit. Idem p. 740.

Νὴ τὴν Ἀφροδίτην, μακαρία γὰρ ἡ πόλις
Ἔσαι τὸ λοιπόν. Ἀν. Κατὰ τί; Πρ. Πολλῶν οὕνεκα.

Interp. hic nihilo vertit felicius κατὰ τί; *circa quid?* Redde: *Per Venerem multo equidem felicior urbs erit in posterum.* Vir. *Quare?* Prax. *Multarum rerum causâ.* & p. 741. Ἀλλ' οὐδέν τοι χρήσιμον ἔσαι πάντως αὐτῷ. Κατὰ δὴ τί; *sed nulli omnino usui ipsi esse potest. Quare vero?* ubi iterum male Int. *secundum quid?* Dion. Halic. Antiq. l. 1. p. 14. Ἐδέξαντο δὲ αὐτοὺς οἱ Ἀβοριγῖνες, ἴσως μὲν καὶ κατὰ τὴν τοῦ ὠφεληθήσεσθαι ἐλπίδα, ὡς δ' ἐγὼ πείθομαι, καὶ κατὰ τὸ συγγενὲς μάλιστα. *Eos vero exceperunt Aborigines tum quidem forte propter spem commodi, tum vero ut putem*

maxi-

maxime propter cognationem. Idem l. 1. p. 56. de Lavina, quæ mortuo Ænea, περιδεὴς γενομένη, μή τι δεινὸν ὑπ' αὐτοῦ πάθῃ κατὰ τὸ τῆς μητρυιᾶς ὄνομα, *metuens, ne quid propter nomen novercæ ab eo pateretur mali.* & p. 63. dicitur Amulius perſcrutatus eſſe, κατὰ τίνα γίνεται μάλιστ' αἰτίαν, quod diutius intermiſiſſet Ilia officium in ſacris Veſtalibus. & p. 65. de Lupa, quæ expoſitis infantibus mammam præbuerat, κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. quæ ita exponenda eſſe, *ob inſanos paſtorum ſtrepitus abiit*, docuit Sylburgius, & recte dubio procul. Sophocl. *Philoct.* v. 438. - καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτό γε Ἀναξίου φωτὸς ἐξερήσομαι. - *& propter id ipſum de homine indigno interrogabo.* Conon *Narrat.* 41. κατὰ μῆνιν τῆς ἐκβολῆς, *propter iram veterem quod expulſi eſſent.* & cap. 45. Τάχα μὲν καὶ κατ' ἄλλας προφάσεις. *Forte & ob alios prætextus.* Parthen *Erotic.* c. 5. Οὗτος κατὰ μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἔρωτα ἀφικόμενος τῆς ἀδελφῆς. *Ille propter Veneris iram ſororis amore captus.* Lucian. Dial. Herc. & Æſculap. ubi illi diſputant de πρωτοκλισία, cum Æſculapius dixerat, ſe meliorem, Herc. κατὰ τί; *quare?* &c.

CAP.

Cap. III.

Abstracta pro Concretis etiam occurrunt apud Græcos. Luciani Interpres notatus. Duorum substantivorum posterius pro adjectivo ponitur non tantum in N. T. verum etiam apud alios. Græci τὸ μισθὸς passim construunt cum genitivo, qui exprimit opus pro quo quis accipit mercedem: cujus genitivi ratio petenda est ab ellipsi præpositionis ὑπέρ. Ὅτι *pro* διὰ τί, *vel* δι' ὅ,τι πρᾶγμα. *Substantivum regens pro adjectivo etiam apud Græcos.*

CAp. VIII. agit de *Nominibus Substantivis*, quæ pro *cognatis Adjectivis* ponuntur, & quidem de Substantivis *Abstractis* pro *Concretis*, ut quando φῶς ponitur pro πεφωτισμένοις, περιτομὴ pro περιτετμημένοις. Sed fallitur Vir doctus, si putet, nihil his simile reperiri apud Græcos. Sic σοφία pro σοφοῖς apud Athen. l. XIV. c. I. Ἱππόλοχος δὲ ὁ Μακεδὼν μέμνηται Μανδρογένους, καὶ Στράτωνος τοῦ Ἀττικοῦ· πλῆθος δὲ ἦν Ἀθήνησι τῆς σοφίας ταύτης. —*erat autem magna Athenis horum sapientum multitudo.* neque aliter ibi Interp. Ita Lucian. παιδείαν vocat *eruditos*, πεπαιδευμένους. *Amor.* p. 878- ἠκολούθει δὲ παιδείας λιπαρὴς ὄχλος, *sequebatur autem me frequens eruditorum turba.* Πρεσβεία pro πρεσβευταῖς, *legatis.* Ælian. VIII. 7. καὶ αἱ πρεσβεῖαι δὲ εἱστιῶντο, *legationes vero quoque excipiebantur convivio.*

He-

Herodian. II. 12. πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, *legationem ad ipsum mittunt.* Θεραπεία pro *familia servorum*, Athen. l. VII. in fine: Μαγείρους καὶ θεραπείαν ἄλλην πολλὴν κέκτηται, *coquos & aliam familiam satis magnam possidet.* Lucian. *Imag.* p. 2. Θεραπεία δὲ πολλὴ, καὶ ἄλλη περὶ αὐτὴν παρασκευὴ λαμπρά. Int. *Magnus circa illam cultus, & splendidus apparatus.* Verte potius: *Magna circa illam familia, & reliquus etiam apparatus erat splendidus.* Idem *de domo* p. 463. Καὶ θεραπεία πᾶσα ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον. ubi manifeste pro θεράποντες. Vide de similibus dictionibus Casaub. ad Athen. IV. 12. & I. 9.

Cap. IX. recenset hujusmodi dictiones, in quibus *duorum Substantivorum posterius ponitur pro Adjectivo*, ut κριτὴς τῆς ἀδικίας, Luc. XVIII. 6. pro κριτὴς ἄδικος. Sed multa sunt apud Auctores Græcos hisce similia. ita Eurip. *Hippolyt.* v. 1368.

Μόχθους δ' ἄλλως τῆς εὐσεβείας Εἰς ἀνθρώπους ἐπόνησα. *Frustra vero pios labores In homines exercui.* & *Bacch.* v. 388. Ὁ δὲ τᾶς ἡσυχίας βίοτος, καὶ τὸ φρονεῖν ἀσάλευτον μένει. *Sed vita tranquilla & prudentia inconcussa manet.* & *Helen.* 1170. ἅμιλλα αἵματος, *certamen cruentum.* Achill. Tat. II. p. 99. καὶ ἦν ἄνεμος ἡδονῆς, & *erat ventus jucundus.* Id. II. pag. 69. ubi loquitur de vino, ἀναπνεῖ κάτωθεν

τωθεν πῦρ ἡδεινῆς, *jucundum sursum spirat ignem.*

Refert huc quoque Vorstius μισθὸν ἀδικίας pro ἄδικον ex Act. I. 18. Sed falli videtur Vir D. μισθὸς enim ἀδικίας est *merces quam quis pro injusto quodam facinore accipit.* Quod quidem si probare potuerit, Græcos dixisse μισθὸν ἄδικον, tum vero sententia ejus speciem haberet. Solent autem Græci μισθὸς passim construere cum Genitivo, qui exprimit factum, laborem, opus pro quo quis accipit mercedem. ex. gr. Xenoph. Ἀναβ. v. p. 361. loquitur de eo quod Heracleenses & Sinopenses, naves se missuros, & mercedem soluturos ἀπὸ νυμηνίας, promisissent. Καλόν μοι δοκεῖ εἶναι, inquit Xenoph., σωζομένους ἔνθα βουλόμεθα μισθὸν σωτηρίας λαμβάνειν, *eo salvos advectos, quo volumus, mercedem pro salute accipere.* i. e. pro eo quod nos servaremus. Idem Ἀπομν. l. I. p. 914. Τοὺς δὲ λαμβάνοντας τῆς ὁμιλίας μισθὸν, ἀνδραποδιστὰς ἑαυτῶν ἀπεκάλει. *Illos vero qui* (Philosophi) *suæ institutionis acciperent mercedem, sui proprios vocabat mangones.* Athen. l. VI. c. 13. p. 252. de Andromacho Carreno Crassi proditore, μισθὸν λαβὼν τῆς πράξεως τὸ τυραννεῖν Καῤῥῶν τῆς πατρίδος, *mercedem proditionis accipiens tyrannidem in patriam Carras.* & lib. VIII. c. 10. p. 350. ubi Stratonici quædam refert responsa, Ἐρομένου δέ τινος, ὅτι τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν ξενιτεύει, ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ πόλει διαμένει; παρὰ μὲν τῶν

Μου-

Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι εἰς τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, παρ' ὧν πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας. *Cum autem quidam interrogaret, quare per omnem Græciam vagaretur, neque in una urbe sedem figeret? dicit à Musis se accepisse ad vectigal omnes Græcos, à quibus exigeret mercedem imperitis*, vel *pœnam neglectarum Musarum*. Sed non possum à me impetrare, ut hic non attingam Criticam Casauboni ad hunc locum, qui jubet pro ὅτι legere διὰ τί. At salvo Viri summi judicio, nihil ego mutandum censerem; est enim satis Græce dictum ἐρομένου ὅτι, pro ἐρομένου διὰ τί. Ita passim in N. T. Marc. IX. 11. Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν λέγοντες, ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, &c. *Et rogarunt eum dicentes, quare scribæ dicunt, oportere ut prius veniat Elias.* Et XVI. 28. Καὶ εἰσελθόντα αὐτὸν εἰς οἶκον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἐπηρώτων κατ' ἰδίαν, ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν ἐκβαλεῖν αὐτό. *Et domum ingressum discipuli privatim rogabant, quare nos non potuimus ejicere illud.* Eurip. *Rhes.* v. 135. ubi senes censent, mittendum qui exploret, — ὅτι ποτ' ἄρα δαΐοις Πυρὰ κατ' ἀντίπρωρα ναυστάθμων δαίεται. *Curnam ab hostibus ignes accendantur in stationibus navalibus adversarum navium.* Vocula ὅτι est in hisce pro διότι, & hoc pro δι' ὅ, τι i. e. διὰ τί sc. πρᾶγμα. Sed à diverticulo ad viam. Lucian. *Abdicat.* p. 709. Τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας ὁρᾶτε οἷον ἀπολαμβάνω. *Videtis igitur cujusmodi curationis accipiam mercedem.*

dem. Idem *Contempl.* p. 342. ubi rogabat Charon Mercurium, vellet se περιηγεῖσθαι, respondet, ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόλουθον. Achill. Tat. l. v. p. 345. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι γυναῖκες μισθὸν τῆς αἰσχύνης ἔχουσιν τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἡδονήν. *Aliæ enim adulteræ mercedem turpitudinis habent libidinis suæ voluptatem.* Atque ita passim Auctores. Ratio vero hujus genitivi petenda est à præpositione subintellecta ὑπέρ. ita plene apud Ælian. V. H. l. 1. c. 24. ubi narratur Lepreas consilium dedisse de vinciendo Hercule, ὅτε αὐτὸν ἀπῄτει τὸν ὑπὲρ τοῦ ἄθλου μισθὸν Ἡρακλῆς, *quando Hercules laboris sui mercedem ab eo repetebat.*

Cap. x pergit Vir Cl. disserere de Substantivis pro Adjectivis, sed quorum contraria est ratio. Supra egit de eo quod Substantivum quod regebatur poneretur pro Adjectivo: hic de regente, ut 1 Cor. 1. 21. μωρία κηρύγματος, pro κήρυγμα μωρόν. Illa vero dictio, ut familiaris est Sacris Scriptoribus, ita τοῖς ἔξω quoque non infrequens. Eurip. *Medea*, 203. πλήρωμα δαιτὸς, pro δαὶς *omnibus referta.* ibid. v. 1297. αἰθέρος βάθος pro αἰθὴρ βαθύς. Idem *Rhes.* 403. Ποίων δὲ δώρων κόσμον οὐκ ἐπέμψαμεν; *Quæ vero splendida non misimus dona?* Aristoph. *Plut.* p. 28. Ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν. ubi Sch. ὦ τιμιώτατον εἰπὼν λόγον. recte ibi Gerardus: *Attica constructio est, qua pro adjectivo substantivum ponunt: nam aurum verborum vocat*

aurea

aurea verba, ὦ ἄγγελε τῶν χρυσῶν ἐπῶν. Idem Ead. p 55. Οὐθ᾽ ἱματίων βαπτῶν δαπάναις κοσμῆσαι ποικιλομόρφων. Audi ibi eundem Gerard. *Neque poteritis vos ornare ſumtibus veſtium*, pro ſumtuoſis veſtibus. & in Νεφ. p. 142. Οὐ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν. Sch. ὅπȣ σεβάσματά ἐστι, καὶ ἄῤῥητα μυστήρια. Themiſt. apud Stobæum Serm. 119. p. 604. Φωνὰς, καὶ χορείας, καὶ σεμνότητας ἀκȣσμάτων ἱερῶν, καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντες, *in quibus voces, choreæ, & venerabiles de rebus ſacris narrationes occurrunt.* ubi σεμνότητες ἀκȣσμάτων pro ἀκȣ́σματα σεμνά. melius autem vertiſſet Interpres, *ubi voces, choreæ, & ſexcenta aurium & oculorum venerabilia ſacra objecta occurrunt.* quemadmodum apud Lucian. *Demoſth. Encom.* p. 693. εἰς μυρίας ἀμȣσμάτων καὶ θεαμάτων ἡδονὰς ἐμπεσόντες. recte Interp. *Nacti ſexcenta aurium & oculorum objecta*, ſupple *jucunda*. Latinis quoque non infrequens eſt phraſis. Horat. - - - *an Stertinii delirat acumen?* pro acutus Stertinius. Plaut. *Mil. Glor. Poſtquam admiſere aures meæ tuæ moram orationis.* i. e. tuam longam orationem.

CAP. IV.

Καλεῖν vel ὀνομάζειν ὄνομα etiam Græci dicunt. In phrasi ῥύεσθαί τινα ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν non πλεονάζει vox χεὶρ, sed notat potentiam. Sophoclis Interpres notatus. Præpositio ὑπὸ aliquando in N.T. omittitur post participia: cujus ellipsios etiam exempla apud Græcos extant. Quum dicitur αἰθῶν & καθαρὸς ἀπό τινος, integra est structura; non vero in illis πλεονάζει ἀπό.

CAp. XIII. agit de voce ὄνομα, quod aliquando ea abundet, ut in illo Matth. I. 12. Καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτȣ̃ Ἰησȣ̃ν. pro καλέσεις αὐτὸν Ἰησȣ̃ν. Sed quæ his opponi possunt, facile apud Græcos Auctores reperiuntur. Ita Lucian. *Ocyp.* p. 824. - ὀνομάσας μȣ τȣ̓́νομα. - *me nominans*. Eurip. *Jon.* v. 74.

Ἴωνα δ᾽ αὐτὸν, κτίςορ᾽ Ἀσιάδος χθονὸς
Ὄνομα κεκλῆσθαι θήσεται καθ᾽ Ἑλλάδα.

Jona vero ipsum Conditorem Asiaticæ terræ Nomine vocari curabit per Græciam. & v. 80. - ὄνομα δ᾽ ȣ̓ μέλλει τυχεῖν, Ἴων᾽ ἐγώ μιν πρῶτος ὀνομάζω θεῶν. *nomen vero quod adepturus est, primus ego Deorum Jona voco.* Sophocl. *Philoct.* v. 605. Μάντις ἦν τις εὐγενὴς, Πριάμȣ μὲν υἱὸς, ὄνομα δ᾽ ὠνομάζετο Ἕλενος. *Vates quidam erat egregius Priami filius, cujus nomen vocabatur Helenus.*

Cap. XIV. ubi agit de vocis χειρὸς usu in N. T. inter alia dicit, pleonasmum ejus vocis ali-

liquando occurrere, ut Luc. 1. in Cantico Zachariæ, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας. ſed perperam. Vox χεὶρ enim in iſtiusmodi locis notat potentiam. Luculentus eſt locus Callim. H. *in Jov.* verſ. 73.

- - - σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους
Αὐτοὺς, ὧν ὑπὸ χεῖρα γεωμόρος, ὧν ἴδρις αἰχμῆς,
Ὧν ἐρέτης, ὧν πάντα (τί δ' οὐ κρατέοντος ὑπ' ἰσχύν;)

- - - tu vero elegiſti principes
Ipſos, quorum ſub manu agricola, & belli peritus,
Et remex, & omnia, (quid enim non ſub principis poteſtate eſt?)

ubi quod prius χεὶρ, illud mox ἰσχύς. Sophocl. *Electr.* v. 1094.

Ζώης μοι καθύπερθεν χερὶ
Πλούτῳ τε τῶν ἐχθρῶν ὅσον
Νῦν ὑπὸ χεῖρα ναίεις.

Utinam vivas mihi potentia & opibus ſuperans inimicos tantum, quantum nunc es inferior. Idem *Philoct.* v. 1113. οὐδέ σέ γε δόλος ἔσχ' ὑπὸ χειρὸς ἐμᾶς. Interp. *Non dolus cepit mearum manuum.* Sed revera ſenſum non attigit. debuit: *Non te dolus ſubjecit meis manibus*, i. e. meæ poteſtati. Eurip. *Iphig. in Taur.* v. 1083. Iphigenia preces effundens ad Dianam:

Ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτύχας
Δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερός.

 O ve-

O veneranda, quæ me in Aulidis sinu sævæ subduxisti incolumem patris interfectrici manui. Idem *Electr.* 28. Μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός. *Mater ipsam servavit è manu Ægisthi.* Heliod. *Æthiop.* I. 56. ἢ χειρὸς πολεμίας καὶ ὕβρεως ἐξαιρούμενον, *aut manibus hostium & injuriis ereptum.* Achill. Tat. l. VIII. p. 501. τὴν μὲν ἐκ τῶν Σωσθένους χειρῶν ἐξαρπάσασα, *illam quidem è Sosthenis eripiens manibus.* Heliod. l. I. p. 75. ἐξελοῦ δή με χειρῶν λῃστρικῶν. Et ut Gr. ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ῥύεσθαι, sic Lat. totidem verbis dicitur, *è manibus hostium eripere.* Liv. XXVI. 9. *Matronæ in publicum effusæ circa Deum delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cælum ac Deos tendentes, orantesque, ut urbem Rom. manibus hostium eriperent.*

Cap. XVIII. observat, particulam ὑπὸ aliquando per Ellipsin omitti post participia &c. ut Matth. XXV. 34. δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. quod à Græcæ Linguæ genio abhorrere putat, sed qua ratione inductus, nondum perspicio; quare enim Ellipsis præpositionis longe ceteroquin frequentissima hic aliena esset? Sed non possunt hujusmodi disputationes confici, nisi exemplis & auctoritate Scriptorum. Duo nuper mihi occurrebant, quorum alterum apud Æschyl. *Sept. Cont. Theb.* 731.

Θαρσεῖτε παῖδες μητέρων τεθραμμέναι.

Bono este animo filiæ à matribus nutritæ.

alte-

alterum apud Soph. *Oed Col.* v. 1318.

> Ἐγὼ δὲ σὸς, κεἰ μὴ σὸς, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ
> Πότμου φυτευθεὶς, σός γε τοι καλούμενος.

Deinceps ostendit Pleonasmum præpositionis ἀπὸ, quæ additur fere in N. T. post ἀθῷος & similia, ubi fere omittunt οἱ ἔξω. ita Matth. XXVII. 24. ἀθῷός εἰμι ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ δικαίου τούτου, cum Aristophanes πληγῶν ἀθῷος dixerit, & ita Demosthenes aliique passim loquantur. At neutiquam Pleonasmus præpositionis ἀπὸ habendus est in illis loquutionibus, ἀθῷος, καθαρὸς ἀπὸ αἵματος· sed integra constructio, ut, quando ab aliis dicatur sine illa præpositione, necessario ea sit supplenda. Sed non semper οἱ ἔξω ita elliptice loquuntur. aliquando etiam addunt ἀπὸ, ut Dionys. Hal. l. VIII. p. 522. καθαρὰν καὶ ἀμίαντον ἔχειν συμβήσεται τὴν ψυχὴν ἀπὸ παντὸς χόλου καὶ ταράγματος δαιμονίου.

Cap. V.

Ἔσχατον γῆς in N. T. pro terra remota. similia apud exteros occurrunt. Locutio qualis N. T. ἄνδρες Νινευΐ pro ἄνδρες Νινευῖται, etiam non infrequens est Græcis. Græci μικρὸν pro plebejo & vili, ut contra μέγαν pro illustri ponunt. Ἀπὸ & ἕως pro καὶ etiam Græcis. Καὶ αὐτὸς pro ὃς in N. T. & apud τοὺς ἔξω.

CAp. XXII. agit de phrasi ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, quæ est Act. I. 8. & alibi, quam He-

brææ phrasi respondere dicit. Sed tamen geminam fere observavit ex Eurip. *Med.* v. 540.

- - - εἰ δὲ γῆς ἐπ' ἐσχάτοις
Ὅροισιν ᾤκεις, οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν.

Si in extremis terræ finibus habitares, nulla fieret tui mentio. Ceterum simili modo dixit Sophocl. *Trachin.* v. 1105. ἐπ' ἐσχάτοις τόποις, *in ultimis terræ plagis.* Athen. VI. 4. Ἐπ' ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς οἰκουμένης καὶ ποτάμια τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει. *Quandoquidem in locis longinquis modici admodum fluvii auri secum ramenta deferant.* Pari ratione Theocr. *Idyll.* xv. 8. ἔσχατα γῆς vocat *campos dissitos.*

Dehinc notat, quod pro eo quod Græci vulgo dicerent ἄνδρες Νινευῖται, in N. T. dicatur ἄνδρες Νινευὶ, & Matth. XIV. 35. ἄνδρες τοῦ τόπου ἐκείνου. Sed non infrequens quoque Græcis hæc dictio. ita Sophocl. *Antig.* v. 748.

Οὔ φησι Θήβης τῆσδ' ὁμόπτολις λεώς.

Non dicit Thebanus populus

Idem in eadem Fabula v. 858. Ὦ πόλις, ὦ πόλεως πολυκλήμονες ἄνδρες. *O urbs, ô urbis divites viri.* Dictio autem hæc plane est Elliptica, & supplenda per præpos. ἀπὸ vel ἐκ. Tuto enim hic sequimur Scriptorum auctoritatem. ita ἀπὸ addit Sophocl. *Electr.* v. 709. Ἀθηνῶν τῶν θεοδμήτων ἄπο. Aristoph. *Acharn.* 379. Ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὅδε. *Sed hic Amphitheus*

Lace-

Lacedæmonius. apud Athenæum IX. 6. Euphron: -ὀὐξ Ἀθηνῶν Χαριάδης, *Athenienſis Chariades*. (vel ut Caſaub. *Charinades*.) Latinos etiam ſic loquutos annotarunt alii.

Cap. xxv. obſervat quinque Hebraiſmorum genera in dictione quæ eſt in Epiſt. *ad Hebr.* VIII. II. Πάντες εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν ἕως μεγάλου αὐτῶν. Primum eſt, quod μέγας & μικρὸς *non ad ſtaturam & quantitatem, ſed ad conditionem hominum pertineant, & plebejos atque illuſtres notent.* Sed illud plane Græcum eſt, & ita quidem Græcis frequentiſſimum, ut dubitem, an aliud magis. Sophocl. *Ajac. Flag.* v. 158. & ſeqq.

Καί τοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
Σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται,
Μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν
Καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικρῶν.

Quanquam tenues illuſtrium ope deſtituti
Infirmum ſint propugnaculum.
Sed cum illuſtribus optime habent plebeji,
Et cum plebejis illuſtres ſtant.

Ariſtoph. *Equit.* p. 297.

Διὰ αὐτὸ γάρ τοι τοῦτο καὶ γίγνει μέγας,
Et vero propter id ipſum magnus evades.

Quid vero ſit μέγαν γίνεσθαι, ipſe docebit Ariſtophanes, qui mox exponit, ἰσχύειν μέγα. Idem *Veſp.* 435.

Ἄνω καθεύδων ὁ μέγας, *ſupra dormiens magnus ille.* ubi Sch. ὁ μέγας, οὐ τῇ ἡλικίᾳ, ἀλλὰ

τῇ

τῇ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ σεμνότητι. & in *Pace*. 668. Κἀγένειθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν. *Et persuadebam Laconum principibus pecuniis.* Solon apud Laërt. l. 1. Segm. 15. Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται. *Sed à potentioribus urbis exitium.* Thessal. Hippocr. fil. *Orat. ad Athen.* p. 948. Καί ποτε μικροὶ μεγάλων προσεδεήθησαν, καὶ οἱ κρατεροὶ δι᾽ ἀσθενείας σωτηρίας ἔτυχον. *Fuit & ubi illustres tenuium ope indigerent: & fortes debilium opera salvi evaderent.* Xenoph. Ἀναβ. III. p. 178. Οἵπερ ἱκανοὶ εἰσι (Θεοὶ) καὶ τοὺς μεγάλους ταχὺ μικροὺς ποιεῖν, καὶ τοὺς μικροὺς, κἂν ἐν δεινοῖς ὦσι, σώζειν εὐπετῶς, ὅταν βούλωνται. *Qui & magnos possunt confestim reddere parvos, & parvos, licet ad incitas redacti fuerint, facillime salvos præstare, quando libuerit.* Idem Ἑλληνικ. VI. p. 350. Καὶ ὁ θεὸς δὲ πολλάκις χαίρει τοὺς μὲν μικροὺς μεγάλους ποιῶν, τοὺς δὲ μεγάλους μικρούς. *Solet vero sæpissime Deus tenues reddere illustres, & illustres tenues.* Præterea Hebraismus videtur Vorstio, quod singulare adhibeatur pro plur. Existimem plane superfluum esse, multis hic adstruere, Græcos aliquando singularem adhibere numerum, ubi potuerant pluralem. Unum vel alterum duntaxat adscribam exemplum, quod putem posse sufficere. ita in loco Call.

Τὸν δ' ὀλίγος στενάχει, καὶ μέγας ἦν τι πάθῃ.

Ejus vero fatum deplorant magni & parvi.

Epi-

Epicrat. apud Athen. XIII. 3. de Laide vetula, Προσίεται δὲ καὶ γέροντα, καὶ νέον.

Admittit & juvenes & senes.

Tertius ſtatuitur Hebraiſmus, quod ἀπὸ & ἕως ponantur pro καί. Quartus vero, quod ſigno univerſali πάντες per pleonaſmum additæ ſint voces ἀπὸ μικρᾶ ἕως μεγάλα. Sed plane elegantiſſimum eſt hoc dicendi genus, & unico quod apponam exemplo duplicem hunc Hebraiſmum conficere potero. Eſt apud Dion. Halic. l. XI. p. 702. Καὶ λόγον ἀπεδώκαμεν ἅπασι τοῖς βελομένοις ἀπὸ τῶν πρώτων ἄχρι τῶν νεωτάτων.

Quintus Hebraiſmus recenſetur, quod addatur αὐτῶν, ἀπὸ μικρᾶ αὐτῶν ἕως μεγάλα αὐτῶν. Verum eſt, Scriptores ſacros ſæpiſſime pronomina addere orationi, ut Luc. XXIV. 50. ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτᾶ. qua de re agit Auctor fuſius Cap. XXVII. Sed addunt aliquando etiam οἱ ἔξω, ut Æſopus Fab. de *Bubulco*, qui vitulum amiſerat, ἐπάρας τὰς χεῖρας αὐτᾶ εἰς τὸν ἐρανόν. Idem Fab. de *Hom.* & *Satyr.* ὁ ἄνθρωπος τὰς χεῖρας αὐτᾶ προσφέρων τῷ στόματι ἀπέπνει. & ibid. τὰς χεῖράς μα θερμαίνω.

Cap. XXVI. obſervat quoque dictionem ſingularem admodum frequentis uſus apud Scriptores ſacros, cujuſmodi illa Luc. VI. 6. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτᾶ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρὰ, pro ἃ ἡ χεὶρ δεξιὰ ἦν ξηρά. Sed ſimilia exempla reperi apud Antonin. Liber. cap. 5.

Ἄνθεος

"Ανθεος τȣ̃ Νομίονος ἐγένετο παῖς Ἀιγύπιος, ᾤκει δὲ περὶ τὴν ἐσχατιὰν τῆς Θεσσαλίας· καὶ αὐτὸν ἐφίλησαν θεοὶ ὁσιότητος ἕνεκα καὶ ἄνθρωποι. ubi καὶ αὐτὸν pro ὅν. Id. c. 8. Παρὰ τὰ σφυρὰ τȣ̃ Παρνασσȣ̃ πρὸς νότον ὄρος ἐστὶν ὃ καλεῖται Κιρφὶς περὶ τὴν Κρίσσαν, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστιν ἔτι νῦν σπήλαιον ubi καὶ ἐν αὐτῷ pro ἐν ᾧ. Id. c. 9. Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τȣ̃τον ἐβασίλευσε Πιέριος αὐτόχθων Ἠμαθίας, καὶ αὐτῷ θυγατέρες ἐγένοντο ἐννέα. ubi καὶ αὐτῷ pro ᾧ. & c. 22. ἐγένετο δὲ αὐτῷ θρέμματα πλεῖστα, καὶ αὐτὰ ἐποίμαινεν αὐτός. pro ἃ ἐποίμ. & c. 32. θυγάτηρ αὐτῷ μονογενὴς ἐγένετο, καὶ ἐποίμαινεν αὐτὴ τὰ πρόβατα τȣ̃ πατρός. Sed hæc ſufficient.

Cap. VI.

Ellipſis voculæ τὶς. Ὑπολαβὼν ἔφη *apud Gr. ut in N. T.* ἀποκριθεὶς εἶπε. *Paſſim etiam occurrit* ἔφη λέγων, *in qua locutione* τὸ, λέγων *ſuperfluum eſt. Ariſtophanis Interpres reprehenſus.*

CAp. XXVIII. obſervat ſingularem Ellipſin voculæ τὶς, ut Matth. XXIII. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε. ubi τινὰς ſubaudiri debere ſatis eſt certum. Οἱ ἔξω aliquando & ipſam præpoſitionem omittunt, ut in eo Theocr.

Οὗτω μὲν κάλλιστος Ὕλας μακάρων ἀριθμεῖται.

Ita quidem formoſiſſimus Hylas beatorum aliquis

quis numeratur. Quod imitatum esse Horatium ibi observat Magnus Heinsius,

Fies nobilium tu quoque fontium
Me dicente. & passim Auctores.

τὶ autem solum omittit Æsop. Fab de *Equ.* & *Asin.* Asinus dicit ad equum, ἆρον ἐκ τοῦ ἐμοῦ βάρους sc. τὶ, *ex meo onere aliquid tolle.* Vid. etiam Dion. Hal. l. VIII. p. 558. Sic etiam Petron.

Taceo quia non sum de gloriosis (sc. aliquis.)

Cap. XXXIII. Observat, nove fieri, quod Sacri Scriptores simul utantur τῷ ἀποκρίνεσθαι & λέγειν. Sed similia reperiuntur apud alios Auctores. apud Hom. passim, Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη. Orpheus *Argon.* v. 94. Τὸν μὲν ἐγὼ μύθοισιν ἀμειβόμενος προσέειπον. Aristot. *Rhetor.* l. II. p. m. 445. φησὶ δ' ἀποκρινόμενος. contra Herodot. *Pol.* ὁ δὲ ἠμείβετο λέγων. atque ita pariter in illa dictione, ὑπολαβὼν ἔφη. quam ex Æliano adducit quoque Vorstius. At observat vocis illius usum non tantum esse, ubi interrogatus respondet, sed alius post alium loquitur, & esse quasi *excipere* vel *suscipere sermonem.* id quod verissimum est. elegans locus est Theocriti *Idyl.* VIII. 30.

Πρᾶτος δ' ὦν ἄειδε λαχὼν ἰϋκτὰ Μενάλκας,
Εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδάν.

Vel etiam est παρεμβάλλειν λόγον, quemadmodum apud Theophr. *Char.* ubi describit ἦθος λάλου, dicit, μεταξὺ ἀποκρινομένου ὑποβάλλειν.

λειν. quod Xenoph. μεταξὺ ὑπολαμβάνειν, Ἀναβ. III. p. 176. Illud vero cum evicerit, quid magnopere ad rem præsentem? forma enim dictionis est eadem: & cur est, quod putet, Græcos, qui tantopere amant dicere, ὑπολαβὼν ἔφη, ab ἀποκρινάμενος ἔφη plane abhorrere. ubi sufficiebat ἀπεκρίνατο, ibi ἀποκριθεὶς εἶπε dixere Sacri Scriptores; ita vero vicissim, ubi oratio voce ὑπέλαβε plena erat, ὑπολαβὼν ἔφη dixerunt οἱ ἔξω. Et vero licet propria ea sit significatio vocis, quam Vorstius tenebat, quamquè nos laudavimus; tamen negare nemo potest, ὑπολαμβάνειν pro respondere frequenter admodum sumi. Nolo hic exemplis Lectorem obruere, quia passim occurrant. Habe tantum illud ex Aristotele: Ἐρομένης δὲ τῆς Ἀλφεσιβοίας, πῶς; ὑπολαβών φησι. *roganti Alphesibœæ, quomodo? respondens dixit.*

Atque ita in aliis frequentissimum est Græcis, ut vox λέγειν plane superflua sit in oratione. ita ἔφη λέγων passim occurrit apud probatissimos quosque Scriptores. Sophocl. *Aj. Flag.* v. 768.

> Ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδε θ᾽ ἡμέρᾳ μόνῃ
> Δίας Ἀθάνας μῆνις, ὡς ἔφη λέγων.
>
> *Exagitat enim ipsum hoc solo die*
> *Inclytæ Minervæ ira, ut dixit dicens.*

Eurip. alibi:

Ἔφθης

Ἔφθης με μικρὸν, ταὐτὰ δὲ φράσας λέγεις.

Antevertisti me paullum, atque dixisti eadem.

Aristoph. *Vesp.* 487.

Ταχὺ γοῦν καθέψεις τἀργύριον, ἦδ' ὃς λέγων.

Forte & argentum concoques, dicebat. Interp. male ταχὺ verterat *statim*. Lucian *Demosthen. Encom.* p. 691. ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη πε λέγων. *ut Callisthenes alibi dixit Æschylum.* Athen. l. 1. c. 24. de vino Pramnio, ᾧ Ἀριστοφάνης οὐχ ἥδεσθαι Ἀθηναίους φησὶ λέγων. lib. VI. c. 5. καὶ προελθών φησι λέγειν (ita Codd. sed dubium non est, præeunte Casaubono, quin λέγειν mutandum sit in λέγων.) & l. XIII. 8. οὐδ' ὁ ποιητὴς ἔφη λέγων. Sed mirum, hoc excidisse Maximo Casaub. apud eundem Athen. l. VI. c. 8. ubi parasitus narrat casum alterius parasiti, σκῶμμα γὰρ εἴπας ἔλεγεν, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζ' ἀγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ. Dalechampium maxime torquebat hic locus, qui putabat mancum esse, quapropter in versione negationem interjecit, hoc modo reddens verba: *Ridiculi nihil dixisti, inquit Convivator, mox deinde puer foras abactum & collari obstrictum cauponi tradit.* Sed hæc versio ut ceteroquin pessima, ita præcipue ob hanc negationem iratis Musis inventam. Casaub. legendum censet, σκῶμμα γὰρ εἴπας ἔληγεν, & vertit: *Vix desierat loqui, & scomma in aliquem*

quem jacere, & statim correptus, & boja collo imposita traditus est Oeneo. Sed si ullibi liceat à Tanti Viri judicio modeste discedere, hic discedendi veniam mihi dari velim. Namque εἴπας ἔλεγεν apud Athen. videtur mihi esse simili modo dictum, quo Euripid. loco citato, φράσας λέγεις. unde lectionem mutari opus non esse patet. Sensus est, quem volebat ipse Casaub. ***Dixerat aliquod scomma, tum vero correptum eum puer boja collo imposita tradidit Oeneo.***

Cap. VII.

Verbis apud Græcos Participia vel ejusdem vel alterius originis addi: etiam ejusdem originis Nomina casu tertio, vel sexto verbis addi probatur.

CAp. XXXIV. observat, verbis non raro ejusdem originis participia vel nomina addi, ut ad Hebr. VI. 14. Εὐλογῶν εὐλογήσω σε, *Benedicens benedicam tibi.* & *Act.* VII. 34. ἰδὼν εἶδον. Quam ipsissimam dictionem, quum produxisset Pfochenius ex Lucian. *Dial. Mar.* ille non potuit satisfacere Gatakero, cum quo hic facit Vorstius. Potuit, inquit, per ludibrium Lucianus eam phrasin usurpasse è nostris. Sed quid potuit frigidius dici? Lucianus aliquando traduxit Christianos in Dialogo uno vel altero. Hos vero ut ludibrio exponeret in *Dial. Marin.*, dixit phrasi ipsis usitata,

ſitata, ἰδὼν εἶδον. Si eſſet ille Dialogus ejus farinæ, cujus Luciani Philopatris, aliqua cum ſpecie dici illud poterat, quæ hic plane nulla eſt. Lucianus enim ſi phraſi adeo aliena à Græca Lingua uteretur, ut riſui exponeret Chriſtianos, ſe ipſum magis illis deridendum propinaſſet. Denique eo tendit reſponſio, *uno hirundo non facit ver*, potuit Lucianus uſurpaſſe phraſin inſolentem, quæ cæteris ſcriptoribus cum ignota ſit, adeo autem frequens Scriptoribus ſacris, ut nulla facile magis, nulla ratia eſt quæ perſuadeat, ab Hebræis non petitam eſſe illam Scriptoribus ſacris. Facile damus Vorſtio & aliis, participium ejuſdem originis addi verbis in N. T. frequentius, rarius vero apud τὰς ἔξω, qui ſæpius potius verbo adjungunt participium alterius verbi idem quidem ſignificantis, non vero ejuſdem originis ex. gr. Eurip. *Hoppol.* v. 878. ἀπὸ γὰρ ὀλόμενος οἴχομαι. *periens enim pereo*, Idem *Alceſtid.* v. 256. Σπερχόμενος ταχύνει, *feſtinat properans.* Idem *Rheſo.* v. 144. Σάλπιγγος αὐδὴν προσδοκῶν καραδόκει. *Troad.* 395. οἴχεται θανών. & *Bacch.* v. 779. στεῖχ' ἐπ' Ἠλέκτρας ἰὼν πύλας. Sophocl. *Ajac. Flag.* v. 766. Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι μήδ' ἀφέντ' ἐᾶν. *Ajacem intra tentorium nequaquam foras dimittere.* ubi Sch. ἤγουν ἀπολύσαντα, ὅμοιον τῷ ἔφη λέγων. Ariſtoph. *Ran.* p. 211. ἤδη βαδίζων εἶμι. Lucian. *Lapith.* p. 634. καὶ ἐπεξιέναι διηγουμένους πράγματα. Anton. Lib. *Met.* cap. 1.

καὶ τὸ μὲν σῶμα κομίσαντες ἔφερον. Plura hujus farinæ exempla congerere poſſem, ſi opus eſſet; ſed poſtulat res, ut alterius etiam generis exempla quædam ſubjungam, ſc. ubi participium ejuſdem originis additur verbo, id quod rarius, ut dixi, occurrit apud τὲς ἔξω, quam prius, Eurip. *Helen.* v. 724. Σπεύδων δ᾽ ὅτ᾽ ἔσπευδ᾽, ἐδὲν εἶχε. Plutarch. de Cteſia, qui Cyri interitum longa verborum ambage narraverat, Τοιῦτος μὲν ὁ Κτησίε λόγος, ᾧ καθάπερ ἀμβλεῖ ξιφιδίῳ, μόλις ἀναιρῶν τὸν ἄνθρωπον ἀνῄρηκε. *Ejuſmodi eſt narratio Cteſiæ, qua tanquam obtuſo enſe vix neci dedit hominem.* Comicus *Equit.* p. 303. Καταβοήσομαι βοῶν σε. Κατανεκράξομαί σε κράζων. Eur. *Helen.* 715. ἦδ᾽ ἐσ᾽ ἀληθῶς ἐστὶν ἥδε σὴ δάμαρ; Achill. Tat. l. v. p. 299. ὅποι ποτὲ ἂν ὦσιν ὄντες. *quocunque demum fuerint loco.*

Aliquando quoque negatio adeſt hujuſmodi dictionibus, & fere negantur, quæ vere ita videbantur habere ſecundum apparentiam. Ita Matth. βλέποντες ἐ βλέπεσιν. i. e. *cum videre videantur, non vident.* Attigit hunc dicendi modum Pfochen. & poſt eum Vorſtius, quibus nonnulla de iis, quæ nos obſervavimus, aſpergemus. Eurip. *Troad.* v. 1223. Hecuba ad ſeipſam, audita morte Herculis, θανῇ γὰρ ἐ θανἕσα σὺν νεκρῷ. *Mortua enim es, quanquam non mortua cum hoc defuncto.* Idem *Bacch.* v. 332. καὶ φρονῶν ἐδὲν φρονεῖς, *& ſapiens*

nihil

nihil ſapis. Menand. apud Stob. *Serm.* 72. Φρονῶν οὐδὲν Φρονεῖς, *ſapiens nihil ſapis.* Eubulus *Jon.* apud Athen. l. IV. c. 20. οὐδ' ἂν λέγων λέξαιμι, *deniquefando exponere non poſſem.* Antiph. apud Athen. l. x. c. 17. meminit gryphi cujuſdam. ὅ, τι φέρων τὶς μὴ Φέρει. & in alio grypho Antiphan. apud eundem l. x. c. 19. οὐδ' ἔχων ἔχει. Heliod. l. I. 37. ubi narrat inſomnium Thyramidis, Dea ad illum, σὺ δὲ ἔχων οὐκ ἕξεις. atque ita Anth. Poët. l. III. c. 5. Ep. 22. οὐ δὲ τεθνᾶσι θανόντες. Et apud Achill. Tat. l. VIII. Clitophon qui duorum accuſabatur criminum, δίκην δεδωκὼς οὐ δέδωκε. Theogn.

Πρήξας δ' οὐκ ἔπρηξα, καὶ οὐκ ἐτέλεσσα τελέσσας,

Δρήσας δ' οὐκ ἔδρησ', ἤνυσα δ' οὐκ ἀνύσας.

Præterea obſervat, non tantum participia, ſed & nomina ejuſdem originis addi verbis caſu tertio, ut Matth. XIII. 14. Ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε., *auditu audietis & non intelligetis.* Sed ſimili prorſus modo Eurip. *Suppl.* v. 844. Εἶδον γὰρ αὐτῶν κρείσσον', ἢ λέξαι λόγῳ τολμήμαθ'. *Vidi enim eorum majora quam quæ fando quis effari poſſit facinora.* Lucian. *adverſ. indoct.* T. II. p. 387. ὡς εἰ τοιούτους ἀπεργάζοιτο τὰ βιβλία, Φυγῇ Φευκτέον ἂν ἦν ὅτι πορρωτάτω ἀπ' αὐτῶν. *Quod ſi ejuſmodi redderent libri, fuga fugiendum ab iis eſſet ut poteſt longiſſime.* Ariſtot. de *Inſomn.* p. 533. ὅτι ἐννοοῦμεν, τῇ δόξῃ δοξάζομεν. *quod quæ intelligamus, opinione opinemur.*

nemur. Et frequentiſſime nomen tertii vel potius ſexti caſus licet non ejuſdem originis, tamen ejuſdem ſignificatus verbo additur. Anton. Liber. *Metam.* c. 38. κτείνουσι θανάτῳ κρυφαίῳ, pro κτείνουσι κρύφα, *clam necant.* Plut. apud Stob. *ſerm.* 64. πεσέτω γοῦν θανάτῳ τὸ σῶμα. ut apud Matth. xv. 4. θανάτῳ τελευτάτω. Hegem. apud Athen. l. xv. c. 16. Εἰπέ τε φωνῇ pro φωνοῦσα. Xen. Ἀναβ. v. Καὶ ἔθεον δρόμῳ οἱ ὁπλῖται. & Ἀναβ. VII. Οἵτε στρατιῶται ἀναρπάσαντες τὰ ὅπλα θέουσι δρόμῳ πρὸς τὰς πύλας. *Milites arreptis armis curſu currunt portas verſus.* Lucian. *Pſeudom.* p. 756. Εἶτ᾽ ἔθει δρόμῳ ἐπὶ τὸν ἐσόμενον νεώ. *Dein curſu currebat ad templum deſignatum.* Ariſtoph. *Avib.* 550. Ἐάνπερ ἐπακούσωσι, θεύσονται δρόμῳ. *ſi audiverint, currendo current.* Eurip. *Helen.* 186. Ὅ, τι ποτ᾽ ἔλακεν αἰάγμασι στένουσα; *quidnam dixit ſuſpiriis gemens?* Dion. Halic. l. II. p. 686. μηδὲ ὄψει δυναμένοις ἰδεῖν, οὓς ἔμελλον ἀσελγῆ πράττοντες αἰσχύνεσθαι: *Et ne quidem viſu videre poterant eos, quos non poterant non in petulantibus ſuis factis revereri.* Eurip. *Philoct.* v. 1407. Φάσκειν δ᾽ αὐδὴν τὴν Ἡρακλέους Ἀκοῇ τε κλύειν: *Dicas vero, te vocem Herculis auditu audiviſſe.*

CAP. VIII.

Quemadmodum Sacri Scriptores dicunt ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινὸς, *ita* οἱ ἔξωθεν, ἕπεσθαι κατόπιν τινός. Αἷμα ἐκχέειν, *& Lat. sanguinem fundere de interficiente dici probatur.* Τὸ γεύεσθαι *pro comedere.*

CAp. XXXVI. observat, quod ceteri fere scriptores dicunt ἀκολουθεῖν τινι, in N. T. quoque ita efferri, ἀκολουθεῖν ὀπίσω τινὸς, ut Matth. x. 38. Ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. Hebraicam non ita, quam quidem puram putam Græcam hanc esse dictionem, puto abunde probatura, quæ producam Auctorum testimonia. Aristoph. *Plut.* p. 3. Ὅστις ἀκολουθεῖ κατόπιν ἀνθρώπου τυφλοῦ *qui sequitur à tergo hominis cæci.* Idem ib. p. 77. Οἱ δ' ἠκολούθουν κατόπιν ἐστεφανωμένοι, Γελῶντες, εὐφημοῦντες: *Illi vero pone sequebantur* &c. ib. vers. ult. δεῖ γὰρ κατόπιν τούτων ᾄδοντας ἕπεσθαι, *oportet enim nos canentes à tergo illorum sequi.* Lucian. *Necyom.* p. 332. εἱπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ. *ego vero pone sequebar ipsi adhærens.* Herodian. l. IV. εἵποντο δ' ὄπισθεν αὐτοῖς οἱ τὴν ὕπατον ἀρχὴν τότε διέποντες. *Illos vero proxime sequebantur illi qui consulatum tunc temporis administrabant.*

Cap. XXXVII. inter alia objicit sibi Vorstius, posse quem forte suspicari Græcos non-

tantum cum de ſanguinis ex vaſe effuſione agitur, ſed & cum de cæde verba ſunt, adhibere illam dictionem, αἷμα ἀποχεῖν, neque ſe magnopere repugnare; Latinos enim dicere *ſanguinem fundere* de eo qui mortem oppetit, atque ita credit, Græcos dicere αἷμα ἀποχεῖν. Tum veto eam dictionem adhiberi de *interfecto*, non de *interficiente*. Eſto vero, placeat hoc conſequens, Latinis *ſanguinem fundere* dicitur de eo qui *interficitur*, ergo Græcis quoque αἷμα ἀποχεῖν de *interfecto*. Licebit illud invertere: Latinis quoque *ſanguinem fundere* de interficiente dicitur, ergo non eſt cur reſpuere illud Græcos putemus. Negat hoc Vorſtius, negant alii, quod negari non debebat: Habe enim Petronii locum clariſſimum, ubi Encolp. ad Aſcylt. qui Gitonem fugitivum quærebat: *Funde ſanguinem, quem ſub prætextu quæſtionis petiiſti*, i. e. me occide. Ita αἷμα ἐκχέειν dixit Dion. Halic. l. XI. *Ant*. p. 713. Τί οὖν ἔτι μέλλεις; ἀλλ᾽ οὐ τοῦ μὲν ἐκχέεις αἷμα πρὸ τοῦ βήματος ἐν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς; ἴσθι μέντοι σαφῶς, ὅτι ἢ μεγάλων κακῶν ἄρξει Ῥωμαίοις ὁ θάνατος οὑμὸς, ἢ μεγάλων ἀγαθῶν. *Quid vero cunctaris, nec ſanguinem meum ante tribunal in conſpectu omnium fundis?* (verba ſunt Icilii Virginiæ ſponſi ad Appium:) *ſcias equidem meam mortem Romanis vel magnorum malorum, vel bonorum cauſam fore.* id paullo ſuperius dixerat, τὸν ἐμὸν ἀποκόψας τράχηλον.

De-

Deinceps animadvertit, verbum γεύεσθαι non tantum significare in N. T. *gustare*, sed & *commedere*, ut *Act.* 10. 10. Ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι, de Petro: *esuriebat & volebat gustare* sc. cibum, pro comedere. Sed vero nihil hic est novi, nihil quod non frequentissimum est Græcis. ita Eurip. *Iphig. in Aulid.* v. 423. de equabus - - - εἰς δὲ λειμώνων χλόην καθεῖμεν αὐτάς, ὡς βορᾶς γευσαίατο. *in gramen vero pratorum dimisimus ipsas, ut cibum gustent*, i. e. ut comedant. Xenoph. Ἀναβ. p. 159. ubi comitatem Cyri adstruit, qua maxime sui studiosos reddebat homines, sæpe ait χῆνας ἡμιβρώτους misisse & panes dimidios, jubens qui adferret hæc dicere, τούτοις ἥσθη Κῦρος, βούλεται οὖν σὲ καὶ σὲ τούτων γεύσασθαι. Certe noluit, ut gustarent solummodo illi ad quos mittebat; & tantum sumerent quo experirentur, quo modo saperent ea. quod apud Græcos tantum putabat notare verbum γεύεσθαι Vorstius; sed ut consumerent ea, ut quando vina mittebat, jubebat ferentem dicere; δεῖταί σου τοῦτον ἐκπιεῖν τήμερον σὺν οἷς μάλιστα φιλεῖς, *rogat, velis hoc hodie bibere cum iis quos maxime amas.* Aristot. de *Mirabil.* p. 883. Cum maxima graculorum multitudo Henetorum semina frequenter depasceret, Henetos narrat sub eorum adventum omnis generis frugum semina in terræ suæ finibus ipsis ponere, ὧν ἐὰν μὲν γεύσωνται οἱ κολοιοὶ, *non*

transeunt fines terrarum Henetorum, & eo anno in pace se victuros sciunt Heneti, ἐὰν δὲ μὴ γεύσωνται ὡσεὶ πολεμίων ἔφοδον αὐτοῖς γινομένην οὕτω προσδοκῶσιν, *si vero non comederint, adventum eorum ut inimicorum expectant.* quem locum propterea accuratius adscripsi, quia pessime in vertendo eo hallucinatus est Interpres, vertens: *Quibus degustatis graculi velut hostium incursu mox superventuro subsistunt.* Ita Galen. ὑγιεινῶν l. IV. εἰ δὲ σαρκὸς βούλοιτο γεύσασθαι, *si vero carnem vellet comedere* Lucian. *de Luctu.* p. 307. & consolantur defuncti parentes, καὶ πείθουσι γεύσασθαι, ὡς οὐκ ἀηδῶς μὰ Δί', οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους, ἀλλ' ἤδη ὑπὸ λιμοῦ τριῶν ἑξῆς ἡμερῶν ἀπηυδηκότας: *Et persuadent cibum capere, ut qui per Jovem non illubentes ad id compelluntur, sed præ fame trium perpetuorum dierum fere defecerint.* Idem, *Musc. Encom.* p. 374. Σύντροφος δὲ ἀνθρώποις ὑπάρχουσα καὶ ὁμοδίαιτος, καὶ ὁμοτράπεζος, ἁπάντων γεύεται, πλὴν ἐλαίου: *Cumque hominum utatur consuetudine, contubernio & mensa, omnia comedit præter oleum.* Idem *Epist. Sat.* p. 630. Ἐπεὶ οὔτε ἀλλάντων γεύσεσθε, οὔτε πλακοῦντος. *Quandoquidem non intestina comedetis, neque placentam.* Idem *de Saltat.* p. 716. Τοῖς μὲν τοῦ λωτοῦ γευσαμένοις, καὶ τῶν Σειρήνων ἀκούσασιν ὄλεθρος ἦν τῆς τε ἐδωδῆς καὶ τῆς ἀκροάσεως τοῦ πιτίμιον. *Etenim illis qui lotum comedissent, & Sirenas audivissent, merces erat ejus & manducatio-*

nis

nis & auditus exitium. *Anthol. Poët.* l. 11. c. 31. *Ep.* 2. Lucill. aliquem de convivis helluonem ita loquentem facit:

> Κἀγὼ κέκλημαι, κἀμοὶ παρέθηκέ τι τούτων
> Γεύσασθαι Πόπλιος· κἀμὸν ἔπεστι μέρος.
>
> *Et ego vocatus sum, & mihi apposuit aliquid de hisce*
> *Comedendum Publius, & mea in his est pars.*

Inde apud Lucian. *Timon.* p. 94. junguntur ἄποτοι & ἄγευστοι. ubi Barl. Ἄγευτοι ἀγεύομαι, τὸ ἐσθίω, *Hebræorum more*: Sed non minus Græcorum quam Hebræorum more notare, γεύεσθαι *comedere*, abunde evicisse nobis videmur.

FINIS.



E R R A T A

In Dedicatione.

Pag. lin.
6 17 Chriſtanam lege Chriſtianam.

Pag. lin.
8 10 cælos lege in cælos.

In ipſo Opere.

Pag. lin.
34 10 βοῖκαι lege βοϊκὰ.
- - 19 ἠφανισμένη pro ἠφανισμένη.
- - 26 ἐργασιὰ pro ἐργασία.
- - 28 ἀνθρώποις lege ἀνθρώποις.
- - ultima διὰ pro σία.
35 penultima τὰς lege τῶν.
36 antepenult. ἐργαλαι pro ἐργάλαι.
37 5 deligenter pro diligenter.
- - 12 oponuntur pro opponuntur.
- - 25 collgæ pro collegæ
- - ultima νόν pro νὸν.
- - - Χριςῶ pro Χριςῷ.
38 19 κωὶ lege καὶ.
39 15 τον́ pro τον̀.
41 13 de ſuper pro deſuper.
43 19 Τοίοῖσδε pro Τοιοῖσδε.
- - 21 Λοξία lege Λοξίω.
44 24 λάκε pro λάκε.
45 3 ἔλακεν lege ἔλακεν.
- - 16 ἐπίθυμεῖν pro ἐπιθυμεῖν.
- - ultima *jacturum* pro *jacturam.*
46 21 ἰπνὸς pro ἰπνὸς.
- - 22 ἶπος pro ἶπος.
47 5 εἶπος lege εἶπος.

Pag. lin.
48 9 Ἀρισοφάνης lege Ἀριςοφάνης.
- - 24 ἀναῤῥιπίσας pro ἀναῤῥιπίσας.
49 penult. Ευγε pro Εὖγε.
51 17 ἀληθές pro ἀληθὲς.
- - 25 Lncian. lege Lucian.
54 21 hujus- pro hujus.
55 16 ὡς πίστώ pro ὡς πιστῷ.
57 1 κατὰχθόνιος ſic καταχθόνιος.
- - 7 ὀξείη lege ὀξείη.
- - penult. μάλιςα ſic μάλιςα.
58 26 Λεωνίδέω ſic Λεωνίδεω.
59 14 Diſtinguie pro Diſtingue.
60 22 ἐξοχήν pro ἐξοχὴν.
61 12 Ἐπειδὴ lege Ἐπειδὴ;
63 18 Ἄρα lege Ἄρα.
- - 25 Ουκ lege Οὐκ.
- - 27 Ουτοι ſic Οὗτοι.
64 4 ἀνθρώπυς ſic ἀνθρώπυς.
- - 8 ὖκ ſic ὐκ.
- - 26 Ἀριςοφάνει pro Ἀριςοφάνει.
65 21 ἀναδεχεσθαὶ pro ἀναδέχεσθαι.
- - ult. bouis lege boni.

68 18

E R R A T A

Pag. lin.

68 18 homibus lege hominibus.

72 22 vetuntur pro vertuntur.

73 3 Ἀλλά sic Ἀλλὰ.

75 6 ἀμφ'ορῆς sic ἀμφορῆς.

76 18 Ἐκκλησιάζειν pro Ἐκκλησιάζειν.

79 6 ὑπερορῶντες lege ὑπερορῶντες.

82 ult. τοῖς sic ταῖς.

84 19 αὐτᾷ lege αὐτῷ.

86 7 Ἀθηναίυς pro τὺς Ἀθηναίυς.

87 25 ἐνοικήσυσιν sic ἐνοικήσυσιν.

90 7 fauguinem lege fanguinem.

- - 9 στήλητε pro στήλη τε

- - 22 αὐτῳ sic αὐτῷ.

91 24 πᾶτὰς lege πᾶ τάς.

96 20 ἄλλο ἢ lege ἄλλο ἐςὶν ἢ.

- - 24 ουτως sic ὅυτως.

97 5 οἱδὲ pro οἱ δὲ.

98 6 ισω sic ἴσω.

99 22 ἱερὸς lege ἱερός.

102 9 πλὴν pro πλὴν.

103 18 Except. lege Excerpt.

105 penult. ὖτε sic ὖτε.

106 penult. post προαγορεύει punctum

107 ult. χόντων lege ἐχόντων.

- - - πανυρὶ pro πανυρ-

109 22 Ὀλὺμ- sic ὀλύμ-

110 12 μὴ- sic μή-

111 7 μὺς lege μὺς.

112 27 δόξα- lege δόξας.

113 5 ἴξεως pro ἴξεως.

- - - 6 ὁμολογυμένειν lege ὁμολογυμένην.

- - 12 ἀρετὶν lege ἀρετὴν.

- - 14 ἤξης abundat.

114 17 Ἀμφιτεύοντα pro Ἀμφιτρύωνα.

115 18 εἱςηκει sic ἑιςήκει.

- - ult. σπαράντλοντα pro σπαράτλοντα.

116 2 κυανύπλερος lege κυανόπλερος.

- - 13 ἄῤῥενας sic ἄῤῥενας.

- - - τετίγων lege τεττίγων.

- - penult. ὁρας pro ὁρᾷς.

- - ult. παντοδαπάς sic παντοδαπὰς.

117 18 ἱτερῶν lege ἱτερῶν.

- - penult. throna lege throno.

118 23 κωφη pro κωφὴ

120 2 κινδύνοις sic κινδύνοις.

- - antepenult. αὐύδυ pro αὐόδυ.

122 16 Και sic Καὶ.

- - 24 ἐυ lege ἐν.

124 12 ἀγα- sic ἀγά-,

- - 16 fimila pro fimilia.

125 4 Τὼν sic Τῶν.

- - antepenult. ἆλλοι] lege ἄλλοι.

127 16 partibusque pro patribusque.

- - penult. ri lege ris.

128 23 δαῖ τα sic δαῖτα.

129 21 ἀγαθον̀ pro ἀγαθον̀.

133 21 ἑτοιμάσασα lege ἑτοιμάσασα.

134 6 ὖ sic ὖ.

- - 19

E R R A T A

Pag. lin.
- - 19 nom pro nam.
- - ult. ἦν lege ἦν.
135 2 τό sic τὸ.
- - 15 γ' sic γ'.
- - 16 τὰ τε pro τά τε.
- - 17 ὐδὶ lege ὐδὶ.
136 18 ἀνά pro ἀνὰ.
141 18 αὐτη sic αὐτῇ.
143 2 ξενία lege ξενίᾳ.
- - 24 ἐξήκοντα pro ἑξήκοντα-
144 7 περιπαρεὶς lege περιπαρείς.
- - 11 πάντων sic πάντων.
146 24 Χρυσον pro Χρυσὸν.
147 6 ἦτἴον lege ἧτἴον.
149 6 ὖ pro ὗ.
150 8 'Αιγύπτοί lege 'Αιγύπτιοί.
- - 19 ἀμφοτεροι sic ἀμφότεροι.
151 13 ἦ lege ᾗ
- - 26 ἱστήκατε lege ἱστήκατε
153 12 ἴμάν lege μάν.
- - - ποροσον pro ἵπορσον.
156 11 απεννέπη sic ἀπεννέπη.
157 13 ἀνὲκαθεν pro ἀνέκαθεν.
- - 14 'Ασώνης lege 'Ασώδης.
- - 19 'Ατίοντα lege 'Ατέοντα.
- - 20 muatndum sic mutandum.
158 12 ἀλλά pro ἀλλὰ.
160 24 ἄνθρωπος lege ἄνθρωπος.
162 25 δικτὺῳ sic δικτύῳ.

Pag. lin.
163 6 ἐγκλίων lege ἐγκλίνων.
165 7 δὲ pro δὲ.
166 19 διαχωριστηκά pro διαχωριστηκὰ.
167 25 ὠραϊσμένος pro ὠραϊσμένος.
168 17 ὖσα lege ὗσα.
- - 18 ἐφαντα ζόμην lege ἐφανταζόμην.
- - 25 Propriore lege Propriore.
169 1 Ευ pro Ἐυ.
- - 6 ἕνικῦ pro ενικῦ.
- - 24 ἀκοκλίματα lege ἀποκλίματα.
174 4 ῥαῤῥυῆς pro ῥαῤῥυῆς.
- - 14 Ἀργεῖ pro Ἄργεῖ.
175 25 πτολέμοιο pro πτολέμοιο.
178 8 ed re lege edere.
179 21 ἐπιῤῥαγεὶς pro ἐπιῤῥαγεὶς.
183 17 Tucididem pro Thucydidem.
- - 23 ὑπομίνοι sic ὑπομένοι.
184 19 Ῥωγας sic Ῥώγας.
185 4 ὑπεῤῥώας pro ὑπεῤῥώας
- - 5 ῥώγας sic ῥώγας.
186 19 ἀκρειρῶν lege ἀκριβῶν
- - 24 ἀνωτερα pro ἀνώτερα.
- - ἰσίχων lege ἰσχίων.
194 2 Ὤσπερ sic Ὥσπερ.
- - antepenult. τύμπανα sic τύμπανα.
195 8 ὀψείοντες pro ὀψείοντες.

197

E R R A T A

Pag. lin. col.
197 29 1 pro 156 lege 165.
199 21 1 τινι lege τινι.
200 14 1 Ηρα pro Ἡρα.
- - 15 - Ἡρίον pro Ἠρίον
- - 22 - Ἴσκειν pro Ἴσκειν.
- - 24 2 Κυφὴ pro Καφὴ.
203 3 1 Ὕαλος sic Ὕαλος.

Pag. lin.
211 15 post Χρόνω punctum.
212 22 post γῆν punctum.
215 16 τον sic τον.
219 4 consanguinem lege consanguineum.
- - 22 post δειλαίω punctum abundat.
220 21 ὕπτον lege ὕπνον.
- - 26 ᾄδην sic ᾅδην.

Pag. lin.
223 6 μάλιστ· pro μάλιστ᾽.
- - 13 κατ΄ pro κατ᾽.
224 18 Νακεδων lege Μακεδων.
227 1 Ἐλληνας lege Ἕλληνας.
- - 7 peritis lege peritiæ.
232 6 ant pro aut.
233 21 Ἐσχατον pro Ἔσχατον.
234 5 ὤν κεις lege ᾤκεις.
- - ult. ὃδε pro ὅδε.
237 15 αὐτᾶν lege αὐτᾶν. item αν pro ἂν.
238 7 αὐτῶ pro αὐτῷ.
243 8 uno lege una.
249 3 commedere lege comedere.
250 24 ἀλλάντων pro ἀλλάντων.
- - antepenult. τῦ πιτίμιον pro τῦ πιτίμιον.
251 11 Ἄγευτοι ἀγεύομαι lege Ἄγευστοι ἀγεύομαι.





3882





